# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

## LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET PAVLVS M. MEYER

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

TEXTVS CVM APPARATV

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# CONSPECTVS PARTIS POSTERIORIS


pag.

GESTA SENATVS ROMANI DE THEODOSIANO PVBLICANDO . . . 1

THEODOSIANI TITVLI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5

THEODOSIANI LIBRI XVI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 27

CONSTITVTIONES SIRMONDIANAE . . . . . . . . . . . . . . . 907


*

# THEODOSIANI

## LIBER PRIMVS

### I. DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM ET EDICTIS.

de legibus et const. pr. et edictis *Iust.* 1, 14.

I, 1, 1 [= BREV. I, 1, 1] (322 Iul. 26).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD LVSITANOS. Si qua ˹posthac edicta sive constitutiones˺ sine die et consule fuerint deprehensae, auctoritate careant. DAT. VII KAL. AVG. SAVARIAE PROBIANO ET IVLIANO CONSS.

| IVST. 1, 23, 4 |
|---|
| ˹beneficia personalia˺ *Iust.* |

INTERPRETATIO. Quaecumque leges sine die et consule fuerint prolatae, non valeant.

BREV. (*NABGMLS*). — IVST. 1, 23, 4.

1 imp. (*om. G*ᵃ) c. a. ad lusitanos (lusitanus *N*ᵃ *[?]*, lusianus *GL*, lusitauum *N*ᵇ) *om. A* qua *om. B* posthaec *BGLS* dicta *L* 2 sine . . . consule *om. A* deprehensa *A*, *inc. M* 3 dat (datur *A*) uii (ui *S Iust. [PL]*) k. aug. sabariae (sabario *S*, salarie *B*) probiano (robiano *G*, et probiano *S*) et iul. (et iul. *om. MS*) *libri* 4 delatae *MS*

I, 1, 2 [= BREV. I, 1, 2] (391 Mai. 27).

IDEM AAA. [IMPP. VALENTINIANVS THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA.] FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET ITALIAE. ˹Perpensas serenitatis nostrae longa deliberatione constitutiones˺ nec ignorare quemquam nec dissimulare permittimus. DAT. VI KAL. IVN. VINCENTIAE TATIANO ET SYMMACHO V̄V̄. C̄C̄. CONSS.

| IVST. 1, 18, 12 |
|---|
| ˹Constitutiones principum˺ *Iust.* |

INTERPRETATIO. Leges nescire nulli liceat aut quae sunt statuta contemnere.

BREV. (*NABGMLS*). — IVST. 1, 18, 12.

1 idem (item *L*) ā *MLS*, *omnino ad archetypum*, impp. ual. (et *ins. BG*) theod. et arcadius auggg. (aug. *N*) *NABG ex emendatione* (*vide praef.*) clauiano *A* p̄p̄o] p̄o *BGM*, praefecto *S*, preposito *N* 2 hillirici *N*, yllirici *L*, hilliyricae *B*, illiricae *AGM (?)* perpensas] *NAS*, perpensa *G*ᵇ*ML*, perpensus *G*ᵃ, perpensa est *B* serenitates *N* 3 constitutionis *ML* 4 nec diss.] ne diss. *AL* permittemus *AL* dat. ui (iii *Iust. [Hal. PL]*) k. iun (*sic NGMS*, iul. *AB Iust. [Hal. PL]*) uincentiae (-tio *B*) tatiano (asiano *G*, graciano *A*) et (*om. G*ᵃ) symmacho (cho *G*ᵃ) uucc (uuccs *M*, *om. NABG*) *libri* 6 *om. G*ᵃ aut *om. L*ᵃ

I, 1, 3 [= BREV. I, 1, 3] (393 Febr. 27).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECT)O V(RBI). Omnia constituta non praeteritis calumniam faciunt, sed futuris regulam ponunt. DAT. III KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) D. N. THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V̄. C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Omnes leges non ea, quae anteriore tempore acta sunt, damnant, sed in futurum observanda constituunt.

BREV. (*NABGMLS*)

1 idem ā *BGML*, *om. A* auriliano *MG* pū] pō *BG*, publio *S* 2 regula *L* ponunt] *AMLS*, inponunt *NBG* dat. iii (*NAB*, iiii *GMS*) k. mart. constantinopoli (constantino praefecto *S*, *om. B*) d. n. (*scripsi*, domino *plerique*, domno *G*) th. a. iii et ab. uc (*sic M*, uiris claris *S*, uucc *NG*, uū *A*, *om. B*) *libri* 4 anteriori *NABGL* facta *A* damnat *M*ᵃ*(?)*, damnentur *L* 5 futur *M*ᵃ*(?)S* conseruanda *B*

I, 1, 4 [= BREV. I, 1, 4] (393 Aug. 22).

IDEM AAA. VICTORIO P(RO)C(ONSVLI) ASIAE. Generale praeceptum beneficio speciali anteferendum est. DAT. XI KAL. SEPT. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V̄. C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Legem, quae omnes communiter tenet, unius persona vel una causa non vacuet.

BREV. (*NABGMLS*)

1 idem aaa (a *BML*, aug. *post* asiae *N*) *om. A* uicturio *NM* proconsuli] p̄p̄o c̄s *A*, praefecto *S* 1/2 antefenrendum *L* 2 dat. xi (*sic NBGMS*, x *A*) k. sept. const. th. a. (*om. B*) iii (*om. G*) et ab. uc. (*sic AG*, uucc *N*, *om. BMS*) *libri* 4 legem quae (quam *BG*) omnes (omni *L*, nos *S*) communiter (c. o. *edd.*) tenet (tenent *NBG*) unius persona uel *om.* $G^b$ uel una *om. N* 5 uacuat *L*, euacuet *G*

I. 1, 5 (429 Mart. 26).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. Ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis cunctas colligi constitutiones decernimus, quas Constantinus inclitus et post eum divi principes nosque tulimus, edictorum viribus aut sacra generalitate subnixas. Et primum tituli, quae negotiorum sunt certa vocabula, separandi ita sunt, ut, si capitulis diversis expressis ad plures titulos constitutio una pertineat, quod ubique aptum est, collocetur; dein, quod in utramque dici partem faciet varietas, lectionum probetur ordine non solum reputatis consulibus et tempore quaesito imperii, sed ipsius etiam compositione operis validiora esse, quae sunt posteriora, monstrante; post haec, ut constitutionum ipsa etiam verba, quae ad rem pertinent, reserventur, praetermissis illis, quae sanciendae rei non ex ipsa necessitate adiuncta sunt. Sed cum simplicius iustiusque sit praetermissis eis, quas posteriores infirmant, explicari solas, quas valere conveniet, hunc quidem codicem et priores diligentioribus conpositos cognoscamus, quorum scholasticae intentioni tribuitur nosse etiam illa, quae mandata silentio in desuetudinem abierunt, pro sui tantum temporis negotiis valitura. Ex his autem tribus codicibus, et per singulos titulos cohaerentibus prudentium tractatibus et responsis, eorundem opera, qui tertium ordinabunt, noster erit alius, qui nullum errorem, nullas patietur ambages, qui nostro nomine nuncupatus sequenda omnibus vitandaque monstrabit. Ad tanti consummationem operis et contexendos codices — quorum primus omni generalium constitutionum diversitate collecta nullaque extra se, quam iam proferri liceat, praetermissa inanem verborum copiam recusabit, alter omni iuris diversitate exclusa magisterium vitae suscipiet — deligendi viri sunt singularis fidei, limatioris ingenii; qui, cum primum codicem nostrae scientiae et publicae auctoritati obtulerint, adgredientur alium, donec dignus editione fuerit, pertractandum. Electos vestra amplitudo cognoscat: Antiochum virum inlustrem, exquaestore et praefectum elegimus, Antiochum virum inlustrem quaestorem sacri palatii, Theodorum v(irum) s(pectabilem) com(item) et magistrum memoriae, Eudicium et Eusebium v(iros) s(pectabiles) magistros scriniorum, Iohannem v(irum) s(pectabilem) ex com(ite) nostri

1 dd̄ n̄n *praem. gesta A* inp̄r *A* 2 ermogeniani *A* codinis *A* 3 generalitatem *A* 5 expressis $A^b$ (?), expressi•• $A^a$ constucio u. pertinat *A* 6 collecetur $A^a$ 6/7 probatur *A* 7 reputatis (*non* reputate $A^a$) *A* consubus *A* ethiam *A* 8 monstrantes *A* 10 simplcius *A* [i]ustisque $T^a$ 11 ualere] $A^b T$, uenire $A^a$ hunc] nunc *A* 12 compositis *A* 12/13 scoliasticae int. *T*, scolasticae (-tiae $A^a$) te int. *A* 13 ethiam illa *A*, illa etiam *T* quae (qua $T^a$) mandata] quem a data *A* desuetudine *A*, deconsuetudinem *T* abierunt] ambuerunt *A* 15 titulos *om. A* tractatcibus *A* et responsis *om.* $T^a$ opera qui tertium *om. A* 16 nostre *A* nullas] nullus $T^a$ ambagis *T* 17 nuncupatus] $T^b$, nuncupatur *A*, nuncupantur $T^a$ siquenda $T^a$ 18 generalium] geralium $A^1$ 19 collecta] exclusa *A* quae *T* praetermissam *T* 20 recusauit *T* diuersitatem $T^a$ 21 deligendi *T*, eligendi *A* singulares (-ri $T^b$) fide *T* limacionis *A* nostrae] nam e *A* 22 obtulerint] obtulent (*vel* -lentur) $A^a$ adgrediendientur *T* dignus edictione $T^a$, digno sedicione *A* fuerint *A* $T^a$ 23 electos] *A*, edictos *T* conplitudo *A* anthiocum *A* uirum inlustrem] ul $T^a$ 24 praefectum] *scripsi*, praefecto *libri* eligimus *T* anthiocum *A* uirum inl̄. questorem sacri palacii *A*, ul sac p $T^a$, uirum inlustrem ex quaestore et praefecto (*praecedentibus repetitis*) $T^b$ 25 teodorum *A* memoriae] milicie $A^a$ 26 uu ss *T*, uiros expectabiles *A* expectabilem *A*

sacrarii, Comazontem atque Eubulum v(iros) s(pectabiles) ex magistris scriniorum et Apellem virum disertissimum scholasticum. Hos a nostra perennitate electos eruditissimum quemque adhibituros esse confidimus, ut communi studio vitae ratione deprehensa iura excludantur fallacia. In futurum autem si quid promulgari placuerit, ita in coniunctissimi parte alia valebit imperii, ut non fide dubia nec privata adsertione nitatur, sed ex qua parte fuerit constitutum, cum sacris transmittatur adfatibus in alterius quoque recipiendum scriniis et cum edictorum sollemnitate vulgandum. Missum enim suscipi et indubitanter optinere conveniet, emendandi vel revocandi potestate nostrae clementiae reservata. Declarari autem invicem oportebit nec admittenda aliter. ET CETERA. DAT. VII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) FLORENTIO ET DIONYSIO CONSS.

*A (in gestis de recip. C. Th. supra p. 2); T (inde a p. 28 v. 10* rei).

1 comago(n *ins.* $T^{b}$)tem adque *T* euuulum *T*, eubolum *A* uu ss *T*, uiros expectabiles *A* et *om. T* apellent $T^{a}$, appellen *A* 2 scolasticus $T^{a}$, scolasticum *A* hos a nostra perennitate (serenitate $T^{b}$) *om.* $T^{a}$ electos eruditissimum quemque] *A*, q∗it' f (*fortasse* m *vel* ∗ h) qu∗mque *in textu (post suppleta* hos a nostra serenitate *margo recisus est) T* 3 adhibiturus depraehensae $T^{a}$ excludatur *A* 4 fallacie $A^{a}$ placuerit] potuerit *A* 5 priuata nec asercione $A^{a}$ 6 affectibus *A* 7 euulgandum *A* indubitanter] dubitanter $T^{a}$ 8 nostra *A* clemente $A^{a}$ 9 amittanda *A*: *expectes* admittendum 10 diunisio $A^{a}$*(?)*

I, 1, 6 (435 Dec. 20).

IDEM AA. Omnes edictales generalesque constitutiones vel in certis provinciis seu
locis valere aut proponi iussae, quas divus Constantinus posterioresque principes ac nos
tulimus, indicibus rerum titulis distinguantur, ita ut non solum consulum dierumque supputatione, sed etiam ordine conpositionis apparere possint novissimae. Ac si qua earum
in plura sit divisa capita, unumquodque eorum, diiun[*c*]tum a ceteris apto subiciatur titulo
et circumcisis ex qua[*que*] constitutione ad vim sanctionis non pertinentibus solum iu[*s*]
1 relinquatur. Quod ut brevitate constrictum claritate luc[*e*]at, adgressuris hoc opus et
demendi supervacanea verba et a[*di*]ciendi necessaria et demutandi ambigua et emendandi
incongrua tribuimus potestatem, scilicet ut his modis unaquaeque inlustrata constitutio
2 e[*mineat. Erunt*] contextores huius Theodosiani codicis Antiochus amplissimus adque
gloriosissim[*us*] praefectorius ac consularis; Eubulus inlustris ac magnificus comes et
quaestor noster; Maximinus v(ir) i(nlustris) insignibus quaestoriae dignitatis ornatus; Sperantius, Martyrius, Alypius, Sebastianus, Apollodorus, Theodorus, Eron spe[c]tabiles comites
consistoriani; Maximinus, Epigenes, Diodorus, Procopius spectabiles comites et magistri
sacr[*o*]rum scriniorum; Erotius v(ir) s(pectabilis) ex vicariis iuris doctor; Neoterius v(ir)
3 spectabilis ex . . . Quorum si quis au[*t*] humano praepeditus casu aut aliqua rei
publicae detentu[*s*] sollicitudine ab iniuncto fuerit abstractus negotio, alius in locum eius,
si ita fuerit visum, nostro substitu[*e*]tur arbitrio; ut absolutionem codicis in omnibus
negotii[*s*] iudiciisque valituri nullumque extra se novellae constitutioni locum relicturi, nisi
quae post editionem huius fuerit promulgata, nullum possit inhibere obstaculum. DAT.
XIII K. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI), D̄D̄. N̄N̄. THEOD(OSIO) A. XV ET VAL(ENTINI)ANO IIII A. CONS[*s*].

*T (quae deficiunt, uncis [ ] comprehenduntur).*

2 quas *bis* $T^{a}$ iussas *T* ac] ad $T^{a}$ 3 consultum $T^{a}$ 4 earum] eorum $T^{b}$ 5 unumquoque $T^{a}$ 7 et *om.* $T^{a}$ 8 a[di]cienda $T^{a}$ dimutandi *T* 9 potestate[m scl ū his modis una q̄. q. inlustrata ?stitu?e . . . . .] contextores *T inter versus supplens quae uncis inclusimus* 11 praefecturius (-ris $T^{a}$) ac (ad $T^{a}$) consulares *T* inlustris] uir inlustris *T (secundum Kruegerum, secundum Vesuvium: 'fortasse recte' addit Krueger)* 12 maximinus] *Wenck*, maximus *T* 12/13 S\PERANTIVS (*aut* Sperantius *aut* Superantius) *T* 13 marturius alipius *T* 14 epigenes] $T^{a}$, ephigenes $T^{b}$ 15 iuris doctor *(sic Krueger)* neuterius ūs ex *(marg. abscisus) suppl. inter versus* $T^{b}$ 17 ab iniuncto] $T^{b}$, adiuncto $T^{a}$ fuerint *T* alius] $T^{b}$, alius alium $T^{a}$ 19 constitutionis *T* 20 aeditione $T^{a}$ promulata $T^{a}$

# II. DE DIVERSIS RESCRIPTIS.

*sic (sed numerus incertus) T* — id est auctoritatibus *add. MLS* — de diversis re-scriptis et pragmaticis sanctionibus *Iust.* 1, 23.

I, 2, 1 (314 [?] Dec. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. IVLIO ANTIOCHO PRAEFECTO VIGILVM. Annotationes nostras sine rescribtione admitti non placet, id[*eo*]que officium gravitatis tuae observet, sicut semper est custoditum, ut rescribta vel epistulas potius nostras quam adnotationes solas existimes audiendas. DAT. III K. IAN. TREV(IRIS) VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

*T (quae deficiunt uncis [ ] comprehenduntur).*

3 adnotitiones *T* 4 triu *T*. — *Extremo a. 314 Constantinus Treviris esse non potuit, itaque subscriptio dubia est. Habemus alias constitutiones datas ad eundem a. 317 et 326*

I, 2, 2 [= BREV. I, 2, 1] (315 Aug. 29).

IDEM A. AD POPVLVM. Contra ius rescribta non valeant, quocumque modo fuerint inpetrata. Quod enim publica iura perscribunt, magis sequi iudices debent. P(RO)P(OSITA) IIII KAL. SEPTEMB. ROMAE CONSTANTINO Ā. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

INTERPRETATIO. Quaecumque contra leges fuerint a principibus obtenta, non valeant.

*T* BREV. *(NABGMLS).*

1 idem āā *(fortasse a altera deleta) T*, imp. constant̄ (constantius *B*) ā̄ *brev.* ius rescripta] iure scripta *N* 2 imperata $S^a$ perscribunt] *TNB*, praescribunt *AGMLS* debeant *N* p̄p̄ (data *B*, datur *A*, pp. [*superscr.* populo] data *G*) iiii k. sept. romae const. a. iiii et licinio (dicinio *A*) iiii (iii *N*, caes. $T^b$, *om. MS*) *libri* 4 fuerint a principibus (principe *G*)] *libri*, a pr. f. *edd.*

I, 2, 3 (316 [immo 317/8] Dec. 3).

IDEM A. SEPTIMIO BASSO P(RAEFECTO) V(RBI). Ubi rigorem iuris placare aut lenire specialiter exoramur, id observetur', ut rescribta ante edi[*c*]tum propositum impetrata suam habeant firmitatem, nec rescribto posteriore derogetur priori. Quae vero postea sunt elicita, nullum robur habeant, nisi consentanea sint legibus publicis; maxime cum || inter aequitatem iusque interpositam interpretationem, nobis solis et oporteat et liceat inspicere. DAT. III NON. DECEMB. SABINO ET RVFINO CONSS.

|| *inc.* IVST.

*T* (*deficit* 5 *in* iusque). — IVST. 1, 14, 1.

1 āā *T* septimio *om. Iust.* iuris] iudex $T^a$ linire *T* 2 exoratur $T^a$ sua $T^a$ 4 consentaneassint leges $T^a$ 5 equitate $T^a$ oportet et licet *Iust.* 6 *in subscriptione, quam servavit Haloander (diem solum praebent libri Iust. GL), erratum est; Septimius Bassus urbi praefuit a die 317 Mai. 15 ad 319 Aug. 31*

I, 2, 4 [= BREV. I, 2, 2] (319 Dec. 13).

IDEM A. CREPEREIO DONATIANO. Rescripta, quibus usi non fuerint qui in fata concedunt, heredes possunt allegare, ut congrue impetrata successoribus emolumenta adquirant. P(RO)P(OSITA) ID. DECEMB. CONSTANT(INO) A. V ET LICINIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Beneficia principum, quae illi qui meruerunt interveniente morte non fuerint consecuti; successoribus eorum exequi liceat, ut beneficia heredes ab auctoribus suis impetrata percipiant.

BREV. *(NABGMLS).*

1 crepereio (creperio *A*, crepereo *G*, decrepito *B*) donatiano *(ins. aug. N) mag. incertus* ausi non fuerit *N* fahta $B^a$, facta *G* concidunt *M* 2 alligare *ABG* ut] aut *N* impetratae *N* emolumenta] elumenta $N^a$, eorum *G* adquirant] *NAB*, cumquirant *L*, conquirantur *MS*, exsequi liceat *G* 3 p̄p̄ (data *G*, datur *A*) id. dec. const. aug. (augg. *B*) u et (e *A*, ac *B*) licinio (dicinio *A*) c̄ (uu *N*, uucc $N^*$, *om. reliqui*) 4 principium *L* qui *om. B* 5 fuerunt *L* consequi *B* actoribus *S*

I, 2, 5 [= BREV. I, 2, 3] (325 Mai. 23).

IDEM A. SEVERO P(RAEFECTO) V(RBI). Quotiens rescripto nostro ⌜praeiudicium vel⌝ moratoria praescriptio remittitur, aditus supplicandi pandatur: quod autem totius negotii cognitionem tollit et vires principalis negotii exhaurit, sine gravi partis alterius dispendio convelli non potest. Nec praescriptionis igitur peremptoriae relaxatio petatur, || nec contra edictum supplicetur. DAT. X KAL. IVN. NICIAE PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

| IVST. |
| --- |
| ⌜ ⌝ *om.* |
| \|\| *fin.* |

INTERPRETATIO. Moratoria praescriptio dicitur, quae causam prolongat, id est, quando indutiae a litigatore petuntur a principe: peremptoria, quae causam principalem tollit, id est, si litigator beneficio principis sine iudicio causam velit extingui. Et ideo moratoria praescriptio per rescriptum principis supplicantibus concedi potest, peremptoria concedi non potest et, si concessa fuerit a principe, non valebit.

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 1, 19, 2.

1 idem *om.* $G^a$ auggg. *B* seueri•no *(littera casu potius quam consilio deleta) M*, seuerino *S* $\overline{\text{pu}}$] *NML*, publio *S*, $\overline{\text{ppo}}$ *AG*, $\overline{\text{po}}$ *B*, $\overline{\text{pp}}$ *Iust.* preiudicio *B* 2 moratoria] moratorium $N^b$, moratu••am $N^a$, moratura $L^a$ perscriptio *BG* remittetur *BG*, remitietur *N*, remittatur *L* 3 autem] cum in $B^a$ totius] ius $G^t$, uirtus $G^v$ tollet *B* principales *BG*, principalibus $N^b$, principaliter *L* 3/4 exauret $N^a$, exauriet $N^b$, ex autoritate *BG* 4/5 nec praescriptionis (-nes *N*, perscriptionis *AL*, rescriptionis *BG*) igitur *post* petatur *G* 5 peremtoria *G* edictum] e. sublimium *BG* supplicatur *A* 6 dat. x k. iun. (iul. *B Iust. [Hal.]*) niciae *(sic reliqui*, niceae *G)* p. et iul. *libri: firmat subscriptionem laterculus praefectorum* 7 perscriptio *BG*, perscripto *A* 8 indutiae *om. A* causa *L* tollet *B* 9 beneficium *B* causa *N* perscriptio *BGL* 10 rescriptis $B^t$, rescripta $B^v$ principum *B* supplicantur *L* cuncedi *A*, condici *N* peremptoriam condici *N* possunt *L* 11 fuerint *GL*

I, 2, 6 [= BREV. I, 2, 4] (333 Nov. 11).

IDEM A. AD BARBARVM POMPEIANVM CONSVLAREM CAMPANIAE. Etsi non cognitio, sed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet, ut, si fraus intervenit, de omni negotio cognoscatur. DAT. III ID. NOVEMB. AQVIS DALMATIO ET ZENOFILO CONSS.

INTERPRETATIO. Quidquid non vera, sed falsa petitio a principe obtinuerit, quia fraus intervenit, non valebit.

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 1, 22, 4.

1 $\overline{\text{a}}$] $\overline{\text{aa}}$ *post* campaniae *N* barbarum (*om. Iust.*) Pompeianum (-no *L*): Barbarus (*sic traditur, non* Barbarius) Pompeianus v. c. cons. Camp. *nominatur in titulo Abellinate C. I. L. X, 1199* consulem *L*, $\overline{\text{pc}}$ *M*, praefectum *S* 1/2 executio] excusatio $B^v$ 2 mandadatur *A* ut] et *A* interuenerit *L* 3 negotium $N^a$ dat. iii id. nou. aquis dalmatio (dalmotio *A*) et zenofilo (genofilo *A*, signofilo *BG*; *post interpr. repetit* dalmatio et zenoni filio *G) libri* 5 ualeat *B*

I, 2, 7 [= BREV. I, 2, 5] (356 Iul. 5).

IDEM A. ET IVLIANVS C. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Multabuntur iudices, qui rescripta contempserint aut distulerint. DAT. III NON. IVL. MEDIOLANO CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Feriantur iudices damno, qui data secundum leges principis praecepta contempserint aut conludio quocumque distulerint.

BREV. (*NABGMLS*; *CONS*. 8, 7: ad locum).

1 idem] imp. constantinus *Cons.* $\overline{\text{a}}$ *om. N* iulius *L* caesar] consul *S* $\overline{\text{ppo}}$] $\overline{\text{ppo}}$ $\overline{\text{ag}}$ *N*, praefectum *G*, praeposito *S* mutabuntur *B* 2 dat. iii non. iul. med. *(om. M)* constantio (const *N*, constantino *reliqui*) a. uiii (*sic N*, uii *BMS Cons.*, sexto *G*, uiiii *A)* et iul. c. *(*$\overline{\text{c}}$ *A, om. NBGMS Cons.*) *libri* 4 data *om. G* legis *NAL*, legem *S* *post* praecepta *ins.* idem gr. ual. et th. $N^a$ 5 conludio (cum ludio *A*) quocumque (quacumque *G*)] q. c. *B* distulerit *N*

I, 2, 8 [= BREV. I, 2, 6] (382 Feb. 22).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Universa rescripta, quae in debitorum causis super

| IVST. |
| --- |
| Universa rescripta, quae in debitorum causis super praestandis dilationibus pro- |

1 impp.] imp$\overline{\text{res}}$ idem *N*, *om.* $G^a$ gr. ual.] gr. et ual. *L*, ual. gr. $A^a$ 2 floro $\overline{\text{ppo}}$ *om. MS* 3 causam *MS* super] per $L^a$

praestandis dilationibus impetrata sunt, rescindantur, cum sit acerbius perurguendus, qui mansuetudinis nostrae pudore fatigato non quid utilitatibus publicis, sed quid suis fraudibus conveniret, aspexit. DAT. VIII. KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO VV. CC. CONSS.

mulgantur, non aliter valeant, nisi fideiussio idonea super solutione debiti praebeatur.

INTERPRETATIO. Si cuiuslibet rei debitor convictus propter differendam solutionem a principe indutias impetraverit, beneficium quod obtinuerit non valebit, sed cautionem suam inplere cogatur.

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 1, 19, 4.

1/2 rescindntur $M^a$, recendantūr *N* 2 perurguendis *G* 3 pudore] pondere *BG, om. A* non] num *N* quid] quod *BGL* 4 quid] quod *BG* cum uenerit *ABG* aspexerint *G* 4/5 dat. uiii (septimo *G*) k. mart. const. antonio (antonino *S)* et syagrio (sagrio *BG*) uu cc *(sic N*, uūc *A*, ūū *B*, *om. GMS) libri* 6 differendam solutionem (solitionem *L*, sollitudinem *N*)] differendas solutiones *G* 7 obtinuit *N*

I, 2, 9 (385 Sept. 24).

IDEM AAA. PRINCIPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In fraudem annonariae rei ac devotionis publicae elicitum damnabili subreptione rescriptum, manifestum est vires non posse sortiri. Circa omnes igitur par atque aequalis inlationis forma teneatur. DAT. VIII KALEND. OCTOB. AQVILEIAE ARCADIO A. I ET BAVTONE V̄. C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis principis beneficio impetraverit, ut cum reliquis possessoribus tributa non solvat, haec impetratio penitus non valebit: circa omnes enim possessores leges aequalem inlationis formam servare praecipiunt.

ADD. *suo loco ad brev. codex Pithoeanus (nobis F) deperditus; ex eius collatione (adscripta exemplari ed. Sichardianae bibl. Paris. F 4) ed. Cuiacius a. 1566. Interpretationem habent Leidensis Vossianus (cum subscriptione) et Ambrosianus 276 inf. et Taurinensis, epitomam Aegidiana.* — GEMINA 11, 1, 20.

1 imppp. ualentinianus theodosius et archadius aaa. ad principium pfp *Pith.* 2 illicitum *Pith.* obreptione *Pith.* uires non posse sortiri] *sic* 11, 1, 20, non posse a possessore teneri *Pith.* 3 collationis *Pith.* 4 a. i. *om. Pith. Leid.* 5 principi *Leid.* reliquos *Leid.* 6 interpretacio *Leid.* legis *Leid.* 7 forma *Leid.* — *Interpretatio haec est in Pithoeano (edita inde a Cuiacio in ed. a. 1586) aliisque libris supra citatis. Quam edidit Cuiacius interpretationem in a. 1566:* ne quis possessor principis beneficio soluere tributa recuset, *venit ex epitome Aegidiana.*

I, 2, 10 [= BREV. I, 2, 7] (396 Mart. 20/30).

IDEM AA. REMIGIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTALI). Dubium non est contestationem intellegi etiam si nostrae fuerint tranquillitati preces oblatae, easque adversus heredem quoque eius, in quem porrectae sunt, vel ab herede eius, qui meruerit exerceri. || Nam sicut ex causis numerosis etiam haec actio transmittitur ad heredem, quae testatori conpetisse monstratur, et e diverso definitione iuris consultorum omnium consona responsione firmatur ab herede actionem non incipere, quae non conpetierit testatori. DAT. XIII KAL. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

||*fin.* IVST.

INTERPRETATIO. Si quis principi de negotio suo preces obtulerit, litem contestatus esse cognoscitur. Et si defunctus fuerit is qui preces obtulerit, vel is contra quem obtulit, actio et heredibus defuncti et contra heredes pulsati salva permaneat, quia causa actione contestata ea,

1 idem ā (*vel* aāā, *om. hoc loco N*) *libri sine dubio ex exemplari integro*, impp. Arcadius et Honorius AA. *edd. ex emendatione* remegio *NG*, remigi *L* praefecto] p̄o *NG*, p̄p̄o $B^t$, praeposito $LB^v$ aug.] aug. idem auggg. *N* 2 nostram $G^t$ tranquillitate $NG^tL^a$ prece sublatae *NL* 3 in quem p. s. u. ab herede (ad heredem *NG*) eius *om. M. (suppl. m. rec.)* qui] que *L* meruerint *L*, meruit *A* 4 haec] ei *M* transmit(t)etur *BL* ad *(om. M)* heredem] ab herede *L* quae] quam *vel* qua *G* 5 definitione (definitionis *L*, defensione *N*) iuris] i. d. *G* consolatorum *N* firm·tur $M^1$, ··· extimatur *G* 6 heredede *N* inceperit *N*, recipere *A* dd. xiii *(sic NABMS*, xii *Iust. [Hal. LD]*, tercio *G)* k. apr. const. arc. (arc. aug. *NB*, gosd. ā $G^2$, *inc.* $G^1$) iiii et hon. *(om. G)* iii (duobus *G*, uucc *N*) aa. *(om. NABG)* 8 litetem *A* 9 obtulit *MS*, obtulerint *L* uel is] uel is qui *B* quem] que *L* obtulerit *NL* 9/10 et heredibus] heredibus G, heredis *B* 10 heredes] heredis *B* quia] quae *LS*

quae conpetebat defuncto, conpetit et heredi. Si vero auctor quolibet ordine repetitionem suam praesens non publicaverit, heres eius, unde auctor actionem non proposuit, agere prohibetur.

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 1, 20, 1.

1 competebant *AL* conpetit] competenti *A* quodlibet *L* 2 praesens] ad pr. *BG* heredes *NBG* proposuerit *BG* prohibetur] prohibeantur *BG*, non prohibitur *N*

I, 2, 11 (398 Dec. 6).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). Rescripta ad consultationem emissa vel emittenda, in futurum his tantum negotiis opitulentur, quibus effusa docebuntur. ET CETERA. DAT. VIII ID. DECEMB. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

APP. I, 24 *Krueger (codd. EK, item Ottobon. 2225, Montispess. 84, Paris. 4419) sub praescripto:* 'lib. 1 . . . tit. de diversis rescriptis'. — *Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 honorius] theod *EK* 2 consulationem *Mont.*, consolationem *Ott.* missa *K* uel emittenda (mittenda *Ott. Mont.*) *om. K* in] si in *EK*, nisi in *Par. 4419* 3 uiii] uii *Ott. Mont.*, prid. *K* id.] kal. id. *Ott.*

I, 2, 12 (413 Febr. 17).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORIO). POST ALIA. Nulli habetur ambiguum etiam ab heredibus et pro heredibus posse scripta nostri numinis allegari nec excludi temporibus nec aboleri casibus impetratum. ET CETERA. DAT. XIII KAL. MART. RAVENNA POST CONSVLATVM HONORII VIIII ET THEODOSII V AA.

APP. I, 25 *Krueger (codd. EK, item Ottobon. 2225, Montisp. 84, Paris. 4419) post praecedentem.* — *Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

2 habetur] habiturum *Ott. Mont.* scripta] *libri*, rescripta *edd.* nominis *libri* 3 adligari *Mont.*, alligari *Ott.* casibus] cui sibi *Par. 4419* dat. xiii (xu *Ott. Mont.*, xui *Par.*) k. mart. p. c. (*sic K Par.*, pp *Ott. Mont.*, ppo *E)* honorii }(horio *Ott.*) uiiii (uiii *Ott.*) et th. u. *(om. EK)* aa· (conss. *add. libri*)

## III. DE MANDATIS PRINCIPVM.

*om. G*[a]. — *Iust.* 1, 15.

I, 3, 1 [= BREV. I, 3, 1] (383 Iun. 16).

IMPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. AD EVSIGNIVM PROC(ONSVLEM) AFRICAE. Si quis adserat cum mandatis nostris se venire secretis, omnes sciant nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri, sive ille tribuni sive notarii sive comitis praeferat ⌜potestatem⌝, sed sacras | ⌜dignitatem⌝ IVST. nostras litteras esse quaerendas. DAT. XVI KAL. IVL. VERONA, ACCEPTA PRID. KALEND. AVG. MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis asserat cum mandatis domnorum se venire secretis, omnes sciant nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri, sed in omnibus scriptis principis esse credendum.

BREV. *(NABGMLS 14. 16)*. — IVST. 1, 15, 1.

1 gratianus *om. B*[1] et *om. B* augg. *N*, *om. B* ad eusignium] ad eusenium *BG*, ad euxenium *A*, ausignitum *L* procōs] ppōc *L* 2 asserit *A*[a] commendatis *N* uenisse *Iust.* 3 scriptis] praescriptis *G* probauerint *G* credum *G*[a] dignitatem *L*[a] terreri] atteri *B*[t] siue . . . . . 8 terreri *om. MS 14. 16* illi *N* 4 tribune siue notaris *L* proferat *Iust.* 5 litteras *om. L* quaerendas] *N Iust.*, credendas *ABGL interpr., def. MS 14. 16* dat. xui *(sic NB Iust. [Hal.]*, xu *G*, *om. A)* k. iul. uerona *(sic A*, berone *B*, uerone uerone *N**, uerone ueroriae *[sic] N*, rome *G*, heracleae *Iust. [Hal.])* accepta (cs ppo *B*) prid. k. aug. merobaude (merebaude *A*) ii (*vel* iterum) et. sat. *libri (subscr. in hiatu supra indicato om. MS 14, subscr. 1, 2, 8 huc transfert cod. 16)* 8 probauerint *G*[1] nec . . . 9 credendum *om. G* dignitatem *NL* terreri] atteri *B*[t] in *om. L* 9 principum *B*

# IIII. DE RESPONSIS PRVDENTVM.

prudentium *MNS*, prodencium *L*. — de veteri iure enucleando et auctoritate iuris prudentium qui in digestis referuntur *Iust.* 1, 17.

I, 4, 1 (321/4 [321] Sept. 28).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Perpetuas prudentium contentiones eruere cupientes Ulpiani ac Pauli in Papinianum notas, qui, dum ingenii laudem sectantur, non tam corrigere eum, quam depravare maluerunt, aboleri praecipimus. DAT. IIII K. OCT. CRISPO ET CONSTANTINO CONSS.

*A — Cf. 9, 43, 1.*

1 ā] ā. g̅ *A* p. u.] pp̅m *A* [p]erpetuas *A* 2 hac *A* papianum *A* ingenti *A* 3 sectatur *A* corgere *A* praecepimus *A* crispo et constantino[ et constantino consul̅ et crispo *A*: *cum a. 321 consentit laterculus praefectorum*

I, 4, 2 (327 [?] Sept. 27).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) P(RAETORIO). Universa, quae scriptura Pauli continentur, recepta auctoritate firmanda sunt et omni veneratione celebranda. Ideoque sententiarum libros plenissima luce et perfectissima elocutione et iustissima iuris ratione succinctos in iudiciis prolatos valere minime dubitatur. DAT. V K. OCT. TREV(IRIS) CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

*A (cf. ad. 1, 4, 3 v. 12/3).*

1 pp̅o] pp̅m *A* iniuersa *A* (*err. min.*) *A* 4 treuerunt constantino et maximo consul̅ *A*. — *Locus et annus non conveniunt.*

I, 4, 3 [= BREV. I, 4, 1] (426 Nov. 7).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENTIN(IANVS) AA. AD SENATVM VRBIS ROM(AE). POST ALIA. Papiniani, Pauli, Gai, Ulpiani atque Modestini scripta universa firmamus ita, ut Gaium quae Paulum, Ulpianum et ceteros comitetur auctoritas lectionesque ex omni eius corpore recitentur. Eorum quoque scientiam, quorum tractatus atque sententias praedicti omnes suis operibus miscuerunt, ratam esse censemus, ut Scaevolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli omniumque, quos illi celebrarunt, si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum codicum collatione firmentur. Ubi autem diversae sententiae proferuntur, potior numerus vincat auctorum, vel, si numerus aequalis sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua excellentis ingenii vir Papinianus emineat, qui ut singulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, praecipimus infirmari. Ubi autem eorum pares sententiae recitantur, quorum par censetur auctoritas, quos sequi debeat, eligat moderatio iudicantis. Pauli quoque sententias semper valere praecipimus. ET CETERA. DAT. VII ID. NOVEMB. RAVENNA D̅D̅. N̅N̅. THEOD(OSIO) XII ET VALENT(INIANO) II AA. CONSS.

1 et *om. N* 1/2 papiniani] papiani *NABL* 2 firmamus] mandamus *A* gaius *L* quae] atque *BG* 3 ceteros] *BGL*, ceteris *N*, cunctos *MS*, *om. A* comitatur *S* lectionisqu(a)e *BGL* eius] eorum *L* corpore] *NBG*, opere *AML* 4 scientiam (-tia *G*, -tias *L*) quoque] q. sc. *B* 5 opibus *MS* ratam] itam *L* censemus] concessimus *N*, censuimus *BG* scebulae *N*, scipula *B* 5/6 marcelli] marcellini *N*, *om. A* 6 quos] quas *L* illic *N* incertem *N* 7 conlationem *N* potius *NBG* 8 uinca *A* secedat *G* 9 scellentis *S*, scelentis *N* ingenuis *N*[a] papianus *NABL* emineat] emanat *B*, inmineat *G*, et eminianus *N* ut] autem *L* singulus *N*[a]*ML*[a]*S*, singulis *G*[a] uindicet *L* cedet *N*, cedat *L* 9/10 notas etiam] nota *N* 10 ulpiniani *S* papiani *NABL* facta *S* 10/11 praecimus *M*[a], praecepimus *L* 11 eorum (*om. B*) pares sententiae] eorum praesentiae *MS*, p. eor. sent. *NGL edd.* cessetur *G*[a] 12 quos] *NABM*, quod *GLS* debeant *G* 12/13 pauli quoque sententias semper ualere praecipimus (praecepimus *NA*[a]*L*)] *citat haec Consultatio 7, 3:* cuius (*Pauli*) sententias sacratissimorum principum scita (*scr.* scito) semper ualituras ac (*del.*) diualis coustitutio declaravit: *ex quibus verbis perturbatis non recte colligitur Consultationis auctorem respexisse constitutionem 1, 4, 3 non receptam in breviarium* 13 et cetera (cethara *L*) *om. B* dat. uii (*sic BMS*, ui *G*, uiii *NA*) id. (*kl. N*) nou. rau. (ran̅ *N*, *om. MS*) dd. nn. (*om. ABG*) th. xii (xi *N*, aug. septimo *G*, *om. MS*) et ual. ii (*sic vel* iterum *rel.*, iterum ĭi *B*, item *N*) aa. *libri*

INTERPRETATIO. **Haec lex ostendit, quorum iuris conditorum sententiae valeant, hoc est Papiniani, Pauli, Gai, Ulpiani, Modestini, Scaevolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli: quorum si fuerint prolatae diversae sententiae, ubi maior numerus unum senserit, vincat. Quod si forsitan aequalis numerus in utraque parte sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua Papinianus cum aequali numero senserit: quia ut singulos Papinianus vincit, ita cedit duobus. Scaevola, Sabinus, Iulianus atque Marcellus in suis corporibus non inveniuntur, sed in praefatorum opere tenentur inserti. Gregorianum vero et Hermogenianum ideo lex ista praeteriit, quia suis auctoritatibus confirmantur ex lege priore sub titulo de constitutionibus principum et edictis. Sed ex his omnibus iuris consultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio, Papiniano et Paulo, quae necessaria causis praesentium temporum videbantur, elegimus.**

BREV. (*NABGMLS; CONS.* 7, 3).

1 consultorum *B* 2 papiani *NABL* marcellini *A* 3 sent. diu. prol. *B* unum senserit (consenserit *BG*) . . . . 4 parte *om.* $G^{a}$ 4 si *om. B* in utr. parte aeq. num. *G* sit] *libri*, est *edd.* eius] eius numerus *MLS* 4/5 papianus *NABL* 5 cum . . . . quia (qui *A*) ut singulos (-lus $ML^{b}S$) papinianus (papianus $NABL^{b}$) *om.* $L^{a}$ ita] ita et *G edd.* cedi $S^{a}$ 6 sabinus] sabinianus *MS* sed] uel *L* 7 operum *B* praeterit *BM* 7/8 in suis auctoribus *BG* 8 ex] et ex *A* priori *AGMS*, prioris *L* et *om. L* 9 papiano *NABL* et paulo . . . . 10 elegimus *om. L* 10 praesentum *G*, praesentia *B*

## V. DE OFFICIO PRAEFECTORVM PRAETORIO.

praetorio *om. N.* — de officio pr. pr. Orientis et Illyrici *Iust. 1, 26.*

I, 5, 1 (325 Aug. 29).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CONSTANTIVM P(RAEFECTVM) [P(RAETORI)O]. Edicto omnes provinciales monemus, ut, si interpellantes proprios praesides contempti fuerint, gravitatem tuam interpellent, ut, si id culpa vel neglegentia praesidum admissum esse constiterit, ilico ad scientiam nostram referat gravitas tua, quo possint congrue coerceri. DAT. IIII K. SEPT. ANTIOCHIAE PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

*A*

1 imp. constantinus *bis A* constantinum pu *A* [e]dicto *A* 3 *non fuit* praesulum *A* 4 sciencienciam (-cie $A^{a}$) *A* 5 sept.] octb. $A^{a}$

I, 5, 2 (327 [?] Ian. 21).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui de statutis praesidalibus conqueruntur, cum ea in detrimentum legum prolata arbitrantur, ad tuae auctoritatis iudicium pervenire faciant, ut fractis atque convulsis quae perperam inpressa sunt ne nomen quidem sententiae possint retinere. DAT. XII K. FEB. CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

*A*

1 ppo] ppm *A: fortasse scr.* pu 2 detrimento *A* 3 fractis] *Clossius*, factatis *A: malim* fractis actis perperperam *A* expressa *Bijdragen* 4 constantio] constantino *A*

I, 5, 3 [= BREV. I, 5, 1] (331 Oct. 20).

**IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O.** Super his, qui a praeside vel a quolibet alio iudice sententiam dictam infirmari deposcunt, sub eo fine sublimitatis tuae succedat examen, ut, si internis negotii usquequaque decursis ex evidenti claruerit sententiam a iure iustitiaque discedere, ea penitus explosa controversia de aequitate terminum capiat. Quod si consentanea sit legibus iam prompta sententia, eius pronuntiationis in-

1 idem *A*, imp. constant (constantinus *NG*, constantius *B*) *Brev.* ppo] ppu *G*, ppm *A*, ppo in loco ipsios legis *L* his *om. A* qui] que *BGL* a pr.] ad pr. *L* 1/2 a quolibet alio iudice] quol. iud. alio *A* 2 sententia dicta *B* infirmare *S* 2/3 succedant $BG^{a}$ 3 examini *L* interni *B*, inter *G* negoci *A*, negociis *L*, negocia $G^{b}$, *inc.* $G^{a}$ decursi *B* euidenti *A* caruerit *L* 3/4 sententiam a iure (aure $B^{a}$)] *NBG*, sententia (-tiam *A*) maiore *AMLS* 4 aequalitatem *A* 5 consetanea *L* iam prompta] iam pramta *A*, iam prouida *B*, iam prouida in (iam $G^{v}$) prompta *G* pronuntiationes *N*

probus oppugnator, si patrimonio circumfluit, biennio in insulam relegatione plectatur eiusque bonorum media portio fiscalibus conpendiis addicta cedat: quod si agrestis vitae sit aut egentis, ad biennii tempus in metallum detrudendus est. Quam legem in annotationibus quoque nostris de iterando post sententiam iudicio custodire debebis. DAT. XIII K. NOVEMB. BASSO ET ABLAVIO CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque causa dicta discussoque negotio a quocumque fuerit superatus et hanc ipsam litem postea reparare temptaverit, si pro ipso, qui ante addictus est, fuerit legibus lata sententia, prius iudicium non valebit. Nam si et apud alium iudicem fuerit superatus, si digna idoneaque persona est, biennio in exilium deputetur et mediam facultatum suarum fiscus adquirat. Si vero indigna et pauperior persona est, in metallum biennio deputetur.

BREV. *(NABGMLS)*.

1 oppugnatur *M*ª, adpugnatur *N* circumfluet *BG*, circumfuit *L* biennium *L* insula *L* 2 uita *N* 3 aut] *libri*, aut etiam *edd.* aegentes *N* ad] a *M*, *om. AL* in] ad *N* detrudendus] *B*, detruendus *A*ª*L*, destruendus *A*ᵇ, detrahendus *G*, retrudendus *NMS* qua *L* 3/4 adionicionibus *B* 4 sententia *N* debes *N*ᵇ, debis *N*ª 4/5 dat. xiii *(sic MS*, xu *N*, xui *B*, uii *A*, ui *G)* k. mai. basso et ablauio (blauio *B*, albino *AG*) *libri* 6 negotio] negotio (nenegotio in *L*) iudicio *MLS* 7 et] ut *L* qui] quo *L* ante] *AG*ᵇ*ML*, antea *NBG*ª add. est fuerit leg. (l. f. *B*)] est leg. addictus (dictus *G*ª) fuerit *G* 8 iudicio *N* si et] etsi *GL*, si *A* 9 idonea *om. L* est] sit *edd.* biennium *L* in exilio *NBGMS*, exilio *A* mediam] *S*, media *NAM*, medietatem *BGL* 10 sin *A* et paup.] pauperiorque *L* metallo *G* adputetur *G*

I, 5, 4 (342 Iul. 30).

IMP. CONSTANTIVS A. AD LEONTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORIO). Moneantur iudices, qui provocationes vitantes sub praetextu relationis differunt causas civiles, coepta negotia terminare, ut, si quis appellandum crediderit, in auditorio sacro aput auctoritatem tuam vel eos, qui de appellationibus iudicant, negotium audiatur. DAT. III K. AVG. CONSTANTIO III ET CONSTANTE II AA. CONSS.

*TA*

1 constantinus *TA* ppo *T*, ppm *A* 4 constantio ā iii et constante ii aa conss. *T*, constantio ā iii et constante consul *A*

I, 5, 5 (355 Iul. 18).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Inter cetera solita perpetrari plerique dividere arbitrio suo annonarias species deteguntur, quod nulli omnino fas est praeter sublime fastigium praefecturae. Nullus igitur iudex sine auctoritate tua in speciebus annonariis erogandis habeat facultatem. DAT. XV K. AVG. MED(IOLANI) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

*TA*

1 constantius] constantn *A* et Constans *delendum* ppo] *T*, ppm *A* 2 perpetari *T*ª 3 fastidium *T*ª 4 habeant *T* xu] *T*, xii *A* 5 arbitione] *T*, arbicione *A*

I, 5, 6 (358 Iun. 7).

[IDEM] AA. MVSONIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullum patimur praefectorum in aliena dioecesi emolumenta annonaria erogare. DAT. VII ID. IVN. HAERBILLO DATIANO ET CERREALE CONSS.

*T*

1 [id] aa *T*; *requiritur* imp. Constantius A. nullam *T*ª 1/2 in aliena dioecesi] *Haenel*, in alienan | dihocesi(i *del.*)si *T* *duae leges haec et sequens videntur sumptae ex rescripto eodem; diem habent* VII *vel* III id. Iun., *locum altera* Mediolanum, *altera* Herbillum *sive* Helvillum *situm in via Flaminia inter Spoletium et Ariminum (itin. Anton. p. 125. 315; tab. Peutingeriana; itin. Hierosol. p. 614; C. I. L. XI p. 853), pro anno altera indictionem XV (356 Sept. 1—357 Aug. 31), id est a. 357, altera consules a. 358. Illo anno die Apr. 28 constat Constantium a Mediolano abiisse; hunc verum esse probabile est propter subscriptionem 358 Iul. 5* Arimini.

I, 5, 7 (357 [358] Iun. 10).

IDEM AA. MVSONIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Citra nostra praecepta nulli annonas cognoscas esse praebendas. DAT. IIII ID. IVN. MED(IOLANI) INDICTIONE XV.

*TA*

1 [id] aa *T*, id aug *A*: *requiritur* idem A. musiniano praeposito *A* [c]itra *A* praecepta *om. A* 2 iiii] *T*, iii *A* iun. *T*, ianurii (*sic A*). — *Propter subscriptionem vide ad praecedentem.*

I, 5, 8 (378 Mart. 9).

IMPPP. VAL(ENS), GRAT(IANVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD MARINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ex eorum corpore atque ordine, qui sacris cognitionibus praesunt propriamque apparitionem hanc potissimum sustinent, ut speciali officio eminentiae tuae iudiciis obsecundent, cum interposita in aliis iudiciis provocatione definiendi negotii suscipiant curam, eos, qui ad proximatum perveniant vel militiae ordine vel exercitationis merito, deligere debebis, submotis ceteris, quos extra sortem positos et aliunde venientes secreto ordini non oportet adiungi. DAT. VII ID. MART. VALENTE VI ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

*TA*

1 grat et ualanus aaa.] *T*, et gracianus aa. *A* marinum] $T^b A$, marium $T^a$ pu] *T*, ppm *A* 2 [a]dque *T* adparionem $T^a$, apparacionem *A* 3 obsecundet *T* 4 iudiciis] *T*, iudicibus *A* 5 perueniant] *scripsi*, perueniunt *TA* 6 [c]eteris *T* serceto] *A*, secreto *T* non *om. T* (*teste Kruegero*) 7 uii] uiii *A* ualente ui (ṡii *vel* ui *T*) et *om. A* aa. *om. A*

I, 5, 9 (389 Mart. 2).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O.

Si quos iudices corpore marcentes et neglegentes desidiae somniis oscitantes, si quos servilis furti aviditate degeneres vel similium vitiorum labe sublimitas tua repperit involutos, in eos vindictam publicae ultionis exaggeret et amotis vicarios subroget, ut ad nostrae mansuetudinis scientiam non crimina, sed vindicta referatur. DAT. VI NON. MART. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

IVST.

Si quos iudices vel propter adversam et longinquam corporis valetudinem vel propter neglegentiam aut furtum vel simile aliquod vitium sublimitas tua inutiles esse reppererit, his ab administratione remotis et vice eorum aliis subrogatis furibusque poenis legitimis subactis ad nostrae mansuetudinis scientiam non crimina, sed vindicta referatur.

*TA*. — IVST. 1, 26, 3.

1 imp *A* titiano ppm *A* 2 si] hi (*err. min.*) *A* quod $T^a$ corpore] $T^a A$, torpore $T^b$ 2/3 et neglegentes *om. A* 3 desideae *T* uscitantes *TA* 4 seruiles ad furti auiditatem *A* detegene[r]es $T^a$ 4/5 uel similium uitiorum labe] $T^b A$, uel s. u. le (*sic*) uel s. u. leues (*sic*) $T^a$ 5 repererit *A*, repperit *T* 6 inuolutus $T^a$ in] sin $T^a$ 7 exaggeret et amotis] $T^b A$, exaggere certis motis $T^a$ 8 mansuetudinis] *T*, magnitudinis *A* scientia $T^a$ 9 ui non.] *TA*, uii non. *Iust.* (*Hal.*)

I, 5, 10 (393 Ian. 12).

IDEM AAA. ADDEO COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. De ordinario iudice semper inlustris est cognitio praefecturae, licet militari viro ab eo facta fuerit iniuria. DAT. PRID. ID. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*TA*. — GEMINA 1, 7, 2 (*ubi vide*). — IVST. 1, 26, 4.

1 [id a]aa *T*, id ā *A* com] *T*, comen *A* militum *A* de ordinarios [i]udices $T^a$, [d]e ordinariis iudicibus *A* 2 cognocio $A^a$ iuria *A* prid *om. A* 3 theod ā] *T*, thed aā *A*

I, 5, 11 (398 Feb. 11).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes, qui provincias regunt, reliqua sui temporis deposita administratione conpellant; possessores

1 hon(orius) *T*, theod. *A* ppo *T*, ppm *A* 2 reliquas *T*

vero, quos ad inplendas necessitates nulla potest verecundia conmovere, conventi intra annum trina vice, nisi omnes inpleverint functiones, duplatum debitum per officium magnificentiae tuae inpleant. DAT. III ID. FEB. MED(IOLANO) HON(ORIO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

*T (numerum constitutionis habens* XI*) A*

1 inpendas $T^a$ potest] posse $T^a$ conuenti intra] conuenit intra (contra $A^a$) *A* 2 uicennisi $T^a$ 2/3 magnificentiae tuae *om. A* 3 inpleunt $T^a$ iii id.] *A*, iii ⁞| id. *T* iiii] iii *A* euticiano *TA*

I, 5, 12 (399 Oct. 11).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Per omnes provincias dioeceses tuae per Africam largitionalium titulorum comitum subm[*o*]tis dispositionibus magnificentiae tuae huius tituli curam necessitatemque permittimus amotis palatinis omn[*i*]bus. Sciant itaque omnes vicarii vel ordinarii iudices ad se, si d[*is*]simulata fuerit exactio, culpam esse referendam. DAT. V ID. OCTOB. THEODORO V̄. C̄. CONS.

*T (numerum habens).*

1 dioceseos $T^b$, diocereor $T^a$ *post* tuae *vix quicquam periit* 4 si *om.* $T^a$ 5 u ⁞| id. *T* conss. *T*

I, 5, 13 (400 Nov. 27).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iam dudum e provinciis arceri iussimus palatinos, cum omnis exactio ad diligentiam magnificentiae tuae et virorum spectabilium vicariorum nec non et ordinariorum iudicum sollicitudinem debeat pertinere: et nunc eadem confirmantes decernimus, ut, si quis palatinus ex officio viri inlustris comitis sacrarum largitionum per provincias repertus fuerit, qui exactionem sibi audeat vindicare, ad audientiam v(iri) i(nlustris) comitis sacri aerarii ferro obrutus derigatur vel si est idoneus, curiae vindicetur. Eos sane || palatinos, qui a v(iro) i(nlustri) comite rei privatae cum publicis litteris destinantur ad commonitionem iudicis, quo facilius ex praediis rei nostrae conferantur debitae pensiones, cum summa degere praecipimus disciplina: de quorum nominibus, si temere versati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, ut in eos severissime vindicetur. DAT. V K. DEC. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

|| *inc.* IVST.

*T (numerum habens) A.* — IVST. 11, 74, 2.

1 messalae pp̄o] admessalam pp̄m *A* e] me $T^a$, ex *A* 2 palatinis $T^a$ omni $T^a$ magnificentiae tuae] magnificentiāē *(sic) A* expectabilium *A* 3 et *om. A* 4 inlustri comiti *A* 5 prouinciarum $T^a$ 6 ui comitis *T*, uiri inlustri com̄ *A* derigatur] *T*, dirigatur *A* idoneus] in eos $T^a$ 7 sane] *T*, uero *A* comite] comis $T^a$, com̄ *A* rei privatae] *T*, r̄p *A*, rerum privatarum *Iust.* 8 destinatur *T* ad co[*m*]monitionem $T^b$, com[*m*]unitione $T^a$, acommonicione *A* quo] quod $T^a$ expraediis] expraessis $T^a$ reinno[*s*]trae *T* 9 conferatur (conferatur [u] *Peyron*) *T* cum summa degere] *A* consumman(n *fortasse del.*)da(a *del.*)e ger[*e*]re *T* de quorum] decorum $T^a$ 11 oportet *A* in *om.* $T^a$ uindicet $T^a$ u k.] u [k.] | *T*, k. (*om.* u) *A* stillicone et auriliano *A*

I, 5, 14 (405 Dec. 7).

IMPPP. ARCAD(IVS), HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui posthac velut indebitis oneribus gravati ad preces crediderint convolandum sive de navicularriis rationibus sive de transvectionibus ⌜sive de lustralis auri argentive conlatione⌝, de omnibus his atque huiusmodi ordinationibus rescribta quae emitti contigerit, ad sedem sublimitatis tuae rescribantur. DAT. VII ID. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

⌜sive . . . conlatione⌝ *om.* IVST.

*T (numerum habens) A.* — IVST. 1, 26, 5.

1 īd aūg et theod̄ ā antemio p̄psito (i) *A* 2 ad] o $T^a$ 3 rationibus] $T^aA$ *Iust.*, stationibus $T^b$ de *om. Iust.* tr[ans]actionibus $T^a$ 4 conlatione] condicione *A* adque] $T^aA$, absque $T^b$ 5 rescripta quae *ante* de omn. *Iust.* que emitti *A*, qua ⁞ |ti *T* 5/6 uii'i (i *del.*) īd deċ *in textu*, r̄(?)a uii id *in marg. T* 6 stilicone ii *A*, stilichone (*om.* ii) *T*

# VI. DE OFFICIO PRAEFECTI VRBIS.

*Brev. om., habent A in indice et* IND. PAR. (p. 5). — *Iust.* 1, 28.

I, 6, 1 (361 Mai. 3).

IMP. CONSTANTIVS A. AD SENATVM. [*C*]um appellatio interposita fuerit per Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, Hellespontum, insulas etiam ac Phrygiam salutarem, Europam ac Rhodopam et Haemimontum, praefecturae urbi iudicium sacrum appellator observet. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSVL.

*A*. — IVST. 7, 62, 23.

1 impp constantinus *A* 1/2 *sic Iust.*, bithiniam lidiam hellispontum (ell- *A*[a], *omittens* paphlagoniam) *A* hac frigiam *A* 3 rodopam sed emimoutum prefecturi urbi iubi *(sic)* iud. *A*

---

I, 6, 2 (364 Iun. 8).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM [PRAEFECTVM VRBI]. Sacrae definitionis ius magnificentiae tuae detulimus, cum ab urbis Romae vicario interposita provocatio nostrae cognitionis opperiri videbitur dignitatem. DAT. VI ID. IVN. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSVL.

*A* IND. PARIS. (p. 5).

1 simmacum ppm̄ *A* 2 uic̄ (mc *A*[a] *ut vid.*) *A* 2/3 prouocacione nostra *A* 3 med.] *scr.* Naissi *propter iunctas* 4 iuuiano et uaroniano *A*

---

I, 6, 3 (364 Iul. [?] 26).

IDEM AA. SEVERO VIC(ARIO) VRBIS. [*S*]i quando provocatio interposita adversus sententias vicariae potestatis nostrae cognitionis videatur arbitrium opperiri, nulla itineris fatigatione laedatur; sed vir magnificus p(raefectus) u(rbi) rite sollemnibus ordinatis vicem nostram sustinens sacrae disceptationis arbitrium suscepto litis examine terminabit. DAT. VI K. IVL. CONSTANTINOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*A*

1 id'em ā *(sic) A* proucacio *A* 2 potestati *A* cognocionis *A* 3 p(raefectus u(rbi)] pum *A* 4 exanime *A (non A*[a]*)* 5 uaroniano *A*: *eo die imperatores non fuerunt Constantinopoli*

---

I. 6, 4 (365 Mart. 9).

IDEM AA. AD SYMMACHVM [P(RAEFECTVM) V(RBI)]. Si quid sacer ac venerabilis populus deferri aliquibus consideratione vetustatis et gratia postularit, id non ante praebeatur, quam tranquillitatis nostrae fuerit consulta sententia. DAT. VI ID. MART. VALENTINIANO ET VALENTE CONSVLIBVS.

*A*

1 idem ā *A* ad s. p. u] et simacum ppm̄ *A* quid] *scripsi*, quis *A* 2 praebeatus *A* 3 ui] *scr.* uii *ad iunctam*

---

I.6. 5 (368 [365] Apr. 4).

IDEM AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). [*S*]tudentibus nobis statum urbis et rationem annonariam aliquando firmare in animo subiit eiusdem annonae curam non omnibus deferre potestatibus. Ac ne praefectura urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium annonarium redundasset, eidem praefecturae sollicitudinis ac diligentiae necessitatem mandamus, sed non ita, ut lateat officium annonariae praefecturae, sed ut

1 idem aug̃ ad uolusianum *A* pu] *Iust.*, ppm̄ *A* 2 ann. rat. *Iust.* subiit] *Iust.*, *om. A* coram *A* 2/3 non omnibus] *A Iust.*, *malim* communibus 4 sollititudinis hac *A*[a] 5 annonariae] *Iust.*, *om. A*

ambae potestates, in quantum sibi est negotii, tueantur ⌈ annonam sitque | ⌈ civilem IVST. societas muneris ita, ut inferior gradus meritum superioris agnoscat atque ita superior potestas se exserat, ut sciat ex ipso nomine, quid praefecto debeatur annonae. DAT. II NON. APRIL. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. II CONSVL.

*A.* — IVST. 1, 28, 1.

1 neg. est *Iust.* 2 meritum *bis A* ignoscat *A* ita] *Iust. (praeter W), om. A* 3 debiatur *A*[a] 4 aa. ii conss. *A; numerus delendus, quoniam pleraeque leges ad Volusianum datae sunt Mediolano, qui locus a. 368 excludit. Mensis dubius, nam rescripta a. 365 data ad duos praefectos urbi Symmachum et Volusianum quomodo distribuenda sint parum constat propter dies corruptos.*

I, 6, 6 (368 Sept. 20).

IDEM AA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Illustris sinceritas tua quasi in speculis tuebitur, quemadmodum singuli, quibus intra urbem Romam publicum munus iniungimus, credito sibi famulentur officio: et si aliquis indignum administratione se gesserit, referre non differat, *[ut]* veritate comperta continuo alium idoneum vel tuae celsitudinis testimonio vel nostro dirigamus arbitrio. DAT. XII K. OCT. NOVO MANSIONE VALENTINIANO ET VALENTE CONSVL.

*A*

1 idem ā ad praetextatum p̄p̄um *A* 2 singulis *A* 3 administracionis gesserit *A* 4 ut] *Clossius, om. A* 5 nouo mansione] *sic A; emendatio incerta, sed in Germania locus quaerendus est, cum huius anni, quem determinat praefectus, subscriptiones reliquae nuncupent Treveros.*

I, 6, 7 (376 Iul. 13).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Suis partibus annonae praefectura moderatur, sed ita, ut ex veterum more praefecto urbis per publicum incedente honoris eius et loci gratia expensio panis habeatur. Eatenus tamen praefecturam annonae cedere volumus dignitatis fastigio, ut curandi partibus non cedat. || ⌈Neque tamen apparitoribus urbanae praefecturae annonarium officium inseratur⌉, sed apparitorum aemulatione secreta ministerio suo annonae praefectura fungatur ||, non ut potentiae subiecta, sed ut negotii sui diligens tantumque se a contemptu vindicans, quantum non pergat in contumeliam superioris. || Praefectura ⌈autem⌉ urbis cunctis, quae intra urbem sunt, antecellat potestatibus, tantum ex omnibus parte delibans, quantum sine iniuria ac detrimento alieni honoris usurpet. DAT. III ID. IVL. VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSVL.

IVST. 12, 58, 1. ⌈Apparitores urbanae praefecturae annonario officio se non inserant⌉ || *fin.*

IVST. 1, 28, 3. ⌈ ⌉ *om.*

*A.* — IVST. 1, 28, 3. 12, 58, 1.

1 impp. *A* ppo] pp *Iust.*, pampeium *A* 3 habeatur] *fortasse* debeatur 6/7 annonario officio inserant (insenant *ut vid. A*[a]) *A* 8 praefecture *A* 11 cunctis quae] qui cunctis *A* 12 delibans] deriuans *Iust. (CR)*, deuians *Iust. (M)* 13 dat. iii *(sic A,* ui *Iust. [Hal.])* id. *(sic A,* k. *Iust. [Hal.])* iul. ualente a. *(om. Iust. [Hal.])* u *(sic Iust. [Hal.],* iii *A)* et ual. ii *(iun. Iust. [Hal.] libri*

I, 6, 8 (382 Nov. [?] 22).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Apparitoribus tuis stationes, quas habuere antiquitus, statuimus esse reddendas. Igitur pristino more servato ad omnes provincias, quas vel divi Constantini constitutio dederat vel Probus vir illustris permissa sibi a patre nostro potestate reddiderat, praecelsa sinceritas tua principes destinabit; qui sane meminerint nihil morae in his, quae primipili nomine res poscuntur, esse faciendum. DAT. X K. DEC. MED(IOLANO) ANTONIO ET SYAGRIO CONSVL.

*A*

1 impp *A* pu] ppm praefectum urbis *A* 2 tuis] suis *A*[a] 3 pristina (*nos* -ni) *A* constituto *A* 6 res poscuntur] exposcuntur *Osann* siagrio *A*

I, 6, 9 (385 Apr. 27).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD. SYMMACHVM [PRAEFECTVM VRBI]. Disputari de principali iudicio non oportet: sacrilegii enim instar est dubitare, an is dignus sit, quem elegerit imperator. || Si quis igitur iudicum fuerit repertus, || *fin.* IVST. qui supercilium suum principali aestimet iudicio praeferendum, quinque libras auri eius officium, nisi formam nostrae sanctionis suggesserit, decem ipse fisci viribus inferre cogatur. DAT. V K. MAI. MED(IOLANO) POST CONSVLATVM RICHOMERIS ET CLEARCHI VV. CC.

*A.* — IVST. 9, 29, 2.

1 idem ā ad simmacum praepositum *A* 4 su•m *A*ᵃ principalia estimet *A* auri eius] eius auri *A* 6 mai.] *A*, ian. *Iust. (Hal.)* post consulatum ricomeris et clearci ūū ā consul *A*, ricomere et clearcho conss. *Iust. (Hal.)*

I, 6, 10 . . . . . . . .

IDEM AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sacrum iudicium praefecti urbis aeternae paucis dabat reddebatque regionibus: et ideo huic Bithyniam atque Paphlagoniam nec non Phrygiam salutarem credidimus deputandas, ut appellationes suas ad illud mittant examen illudque expectent iudicium in sacrae cognitionis eventu. DAT. VLPIANIS AD IVLIANAM. ACCEPTA II ID. A. CRAGO.

*A*

1 impp. ualentinianus teod et archad aaa neuterio pampeio *A*: *sed haec turbata, nam praefectus praetorio Neoterius administravit in Occidente* 2 paucis] *malim* paucis ius 2/3 bythyniam a. pamflagoniam n. n. frigiam *A* 4 expectant *A* cognocionis *A*ᵃ

I, 6, 11 (423 Aug. 6).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. CONSVLIBVS, PRAETORIBVS, TRIBVNIS PLEBIS, SENATVI SVO SALVTEM DICVNT. POST ALIA: Nihil sibi intra urbem agendum praesumat executio militaris, ac si quid erit forte praeceptum, in notitiam prius urbanae veniat praefecturae quae aut compleat congrua iuri mandata aut contra ius imposita depellat. Itaque decernimus, ut, si quis in privato negotio adversus senatorem aut aliquem sacratissimae urbis corporatum seu qui in urbe larem locaverit, sive intra urbem sive per provincias executionem poposcerit militarem, litis, etiam si bona sit, careat eventu: et si quis cuiuslibet honoris aut militiae intra urbem sacratissimam vel in provinciis etiam in actu publico apparitionem habuerit militarem et senatorem vel corporatum urbis aeternae seu in urbe seu in provinciis levi saltem conventione pulsaverit aut iudex non vindicaverit, in perpetuum honore privetur, ita ut salvis de urbano foro praescriptionibus negotia universa dicantur et contra omnem exhibitionis iniuriam non modo senatorem, sed quemvis Romanis corporibus insertum leges tueantur. Quodsi in his tuendis vir inlustris praefectus urbi neglegentia aut trepidatione defuerit, careat dignitate, quam nescit tueri; eos autem, qui armato officio deputati desiderii temeritatem secuti sunt, adflictos supplicio corporali praefecti vigilibus obsequio praefecturae urbanae sententia deputabit, ita ut perpetua eius officii apparitione devincti mutandae militiae ademptam sibi intellegant potestatem, supplicio maiore retinendi, si quolibet genere ad id quod prohibetur inrepserint. DAT. VIII ID. AVG. RAVENNA ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSVL.

*A*

1 consulibus] cs̄ *A* 2 suo] suos *A* 3 in notitiam] innocenciam *A* ueneat *A*ᵃ 6 urbe] ulbe *A*ᵃ intra] *scripsi*, trans *A* 9 urbis] ulbis *A*ᵃ 10 saltem] salt͞e *A* 11 perscripcionibus *A* 12 dicantur] *scr.* iudicentur 17 deuicti *A* 19 rauennam *A* mariano *A*

I, 6, 12 (424 Dec. 20).

IMP. THEODOSIVS A. CONSTANTIO P(RAEFECTO) V(RBI). Primicerius adiutorum tuae sedis officii per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine priscae ordinationis emeruit, curam insuper personarum usurpatione omni atque ambitione cessante suscipiat, hoc etiam adiecto, ut, si quis ex memorato ordine vel condicionis humanae fine praeventus vel alia quacumque ratione militiae gradum propriae amisisse monstrabitur, solitae ambitionis iniuria vacante locum is, qui iuxta matriculae veritatem sequitur, obtineat. DAT. XIII K. IAN. CONSTANTINOPOLI VICTORE V̄. C̄. CONSVL.

*A.* — IVST. 1, 28, 5.

1 impp. *A* pu̅] ppm̅ *A* 2 gradum *A* emeruit] *scr.* emerebit 6 uacantem locum sis *A* iusta *A* sequitur] *Iust.*, sequetur *A*

## VII. DE OFFICIO MAGISTRI MILITVM.

*Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 5).* — IVST. 1, 29.

I, 7, 1 (359 Mai. 28).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. HERMOGENI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. De cetero, quotiens aliqua necessitas depoposcerit transferri de loco milites ad alium locum, communicato tractatu cum magistro equitum ac peditum id fieri oportebit, ut ad ea loca, quae publica utilitas depoposcerit, transferantur. DAT. V K. IVN. SIRMIO EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

*A*

1 impp̄ constantinus ā *A* ermogeni ppō *A* 4/5 hypacio *A* *Hermogenes teste Ammiano praef. praetorio per Orientem a. 359 (19, 12, 6) mortuus est in praefectura a. 361 (21, 6, 9), successorem habens Helpidium. Constitutiones in corpore extant ad Hermogenem datae una haec a. 359 Mai. 28, ad Helpidium quinque a. 358 Dec. 29 Doridae [?] (7, 4, 4 magistratu non enuntiato), a. 359 Mart. 14 Constantinopoli (7, 4, 5), a. 360 tres Febr. 4 Constantinopoli (11, 24, 1) — Mai. 17 Hierapoli (7, 4, 6) — Nov. 16 (8, 5, 11). Ex his quae diem habet 359 Mart. 14, cum Constantius eo die Sirmii fuerit, vere est anni aut 360 aut 361. Praeterea probabile est Ammianum in anno errasse et Hermogenem obiisse a. 359/360.*

I, 7, 2 (393 Ian. 12).

IMPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. ADDEO COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. Corrector quidem provinciae Augustamnicae ob inlatam duci contumeliam, ut cum officio suo condemnaretur, meruit; a sede autem sublimitatis tuae usurpari iudicii pars ista non debuit, quia semper de ordinario iudice illustris est cognitio praefecturae. DAT. II ID. IAN. CONSTANTINOPOLI THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSVL.

*A.* — GEMINA 1, 5, 10 *(ubi vide).*

3 usurpari• *A* 4 cognocio *A* 5 habundancio *A*

I, 7, 3 (398 Sept. 13).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS STILICHONI MAGISTRO MILITVM. Sicut clarissimis viris comitibus et ducibus diversarum provinciarum et limitum, ita et viro spectabili comiti per Africam principes et numerarii ex officio magisteriae potestatis mittantur, sub ea tamen condicione, ut emenso unius anni spatio singuli qui designati sunt intra Africam officio functi et actuum suorum et fidei, quam exhibuerint rei publicae, reddendam sibi non ambigant rationem. DAT. ID. SEPT. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSVL.

*A*

1 stiliconi *A*

I, 7, 4 (414 Dec. 13).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD HYPATIVM MAGISTRVM MILITVM PER ORIENTEM. Apparitores ⌈officii ˹tuae praestantiae˺ ad aliud iudicium trahi ˹ex auctoritate sacrorum rescriptorum˺ minime oportebit, ˹etiamsi quis id a nostra clementia vel exposita vel suppressa veritate meruerit˺. Sciat igitur illustris magnificentia tua sub te, sive civiliter sive criminaliter appetuntur, eos litigare debere. DAT. ID. DEC. CONSTANTINOPOLI CONSTANTIO ET CONSTANTE $\overline{VV}$. $\overline{CC}$. CONSVL.

| IVST. |
|---|
| ⌈ statutos ˹tui˺ |
| ˹ex a. s. rescriptorum˺ *om.* |
| ˹etiamsi ... meruerit˺ *om.* |

*A.* — IVST. 1, 29, 2.

1 $\overline{aa}$] ā *A* ippacium *A* 2 alium *A* 4/5 suppressa ueritate] ex supressa seueritate *A* 6 appetantur *Iust.* 7 constintinōp *A*ª et constante iiii c̄ consul *A*

# VIII. DE OFFICIO QVAESTORIS.

*Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 6).* — quaestoris] *Iust. 1, 30,* questorum *A.*

I, 8, 1 (415 Oct. 15)

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FLORENTIO MAGISTRO MILITVM. Viro illustri quaestore Eustathio suggerente cognovimus per innovationem quorundam a minore laterculo praeposituras fuisse sublatas, quod iam in alteram consuetudinem derivatum ex integro revocare noluimus. Quadraginta vero praeposituras minori laterculo pro infra scripta instructione eius restitui praecipimus, ut de scrinio memoriae de cetero emittantur, observaturo sublimitatis tuae officio, ut nihil de memorato numero sibi usurpet, quo pro parte habeat inconcussum quod contra rationem fuerat immutatum. DAT. ID. OCT. CONSTANTINOPOLI HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSVL. SCRIPTA EODEM EXEMPLO SAPRICIO MAGISTRO MILITVM, HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM ET EVSTATHIO QVAESTORI.

*A.* IND. PAR. (p. 6).

2 eustacio *A* 6 quo] *Wenck,* quod *A* 8 aa. *om. A* sapcio *A* 9 elioni *A* eustacio *A*

I, 8, 2 (424 Apr. 25).

IMP. THEODOSIVS A. SALLVSTIO, VIRO ILLVSTRI COMITI ET QVAESTORI. ˹(*L*)aterculi curam totius˺ scias ad tuae sublimitatis sollicitudinem pertinere, ita ut tuo arbitratu ex scrinio memoriae totius minoris laterculi dignitates, hoc est praepositurae omnes, tribunatus et praefecturae ⌈ iuxta consuetudinem priscam clementiae meae auctoritate deinceps emittantur. DAT. VII K. MAI. CONSTANTINOPOLI VICTORE $\bar{V}$. $\bar{C}$. CONSVLE.

| IVST. |
|---|
| ˹totius minoris laterculi curam˺ |
| ⌈ castrorum |

*A.* — IVST. 1, 30, 1.

1 impp. *A* 3/4 ex crinio *A* 7 mittantur *Iust.* uii k. noub *A,* ui k. mai. *Iust. (Hal.)*

I, 8, 3 (424 Apr. 29).

IDEM A. HELIONI COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. Omnes minoris laterculi dignitates, quae sub cura quidem ac sollicitudine viri inlustris quaestoris esse antea videbantur, postea vero vel universae vel mediae ad magistrorum militum potestatem dispositionemque transierant, placuit nunc clementiae meae vetusti temporis more renovato ad prisca deinceps iura revocare. DAT. III K. MAI. CONSTANTINOPOLI VICTORE $\bar{V}$. $\bar{C}$. CONSVLE.

*A.* — IVST. 1, 30, 2.

1 elioni *A* minores *A* 2 ac *om. A* 3 uero *om. A*ª 5 uictore uc consule *A,* supra scriptis coss. *Iust. (Hal.).*

# VIIII. DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORVM.

*Brev. om., habet A in indice.* — IVST. 1, 31.

I, 9, 1 (359 Nov. 1)

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. AD AGENTES IN REBVS. Universi, qui indignis natalibus et conversatione deterrima ad scholam agentium in rebus adspiraverunt vel translati sunt, cognoscente v(iro) c(larissimo) comite et magistro officiorum vestro consortio secernantur, ut ita vos ‖ privilegiis dudum ⌈ indultis ˹frui possitis˺. Ad ducenam etiam et centenam et biarchiam nemo suffragio, ˹sed per laborem˺ unusquisque perveniat, ˹usus omnium testimonio˺: principatum vero adipiscatur matricula decurrente, ita ut ad curas agendas et cursum illi exeant, quos ordo militiae vocat et ˹labor˺. Adiutor praeterea, in quo totius scholae status et magistri securitas constituta est, ˹omni schola testimonium praebente˺, idoneus probitate morum ac bonis artibus praeditus nostris per magistrum obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio, ‖ data omnibus contra dicendi licentia, si hanc legem quisquam violare temptet. DAT. ET P(RO)P(OSITA) ROMAE IN FORO TRAIANI K. NOV. EVSEBIO ET HYPATIO CONSVLIBVS.

IVST.
‖ ⌈ scholae vestrae
˹integris reservatis˺
˹nisi labore˺
˹u. o. t.˺ *om.*
˹laborum˺
˹o. sch. t. pr.˺ *om.*
‖ *fin.*

*A.* — IVST. 1, 31, 1.

1 impp. *A* et iulianus c̄ *om. Iust.* 2 agen-tium *A* 3 u. c. comite] uicarum comem *A* 6 nemo] nomo *A* 9 milicitie (*mut. in* milicia*e*) *A* 10 constuta *A* 12 actibus praedictus *A* 13 arbitrio] officio arbitrio *A* 14 pp] ppo *A* 15 hippacio *A* *subscr. A Iust. (Russ.)*

I, 9, 2 (386 Mart. 9).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PRINCIPIVM MAGISTRVM OFFICIORVM. Nefas est a minoribus maiora vel posci vel sperari: ideoque nemo a nobis postulet agentum in rebus aliquem militiae [*potiori*] sociari, nisi quem tua acceptio probari debere significat, ita ut petitorem constet loco esse potiorem. ‖ ˹Ordinem vero militiae atque stipendia nemo˺ praevertat, etiamsi nostri numinis per obreptionem detulerit indultum: ac si ⌈ formam istius modi docebitur obtulisse, in locum, ex quo indecenter emerserat, revertatur, ut is gradu ceteros antecedat, quem stipendia longiora vel labor prolixior fecerit anteire. P(RO)P(OSITA) HADRVMETI VII ID. MART. POST CONSVLATVM ARCADI A. I ET BAVTONIS V̄. C̄.

IVST.
˹Nemo agentum in rebus o. m. a. stipendia˺
⌈ quis

*A.* — IVST. 1, 31, 2.

1 impp *A* 2 amnoribus *A*ᵃ 3 *post* militiae *sp. vac. octo litterarum (fortasse ob vitium membranae) est in A; quod inserui, res requirit* 4 deberi *A* 5 militiae atque] *Iust.*, militiaeque *A* 6 nominis *traditur* 10 adrumetis *A* 11 bautonis ūc csl (*sic del.*) *A*

I, 9, 3 (405 Aug. 1).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. AEMILIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Magnificentia tua matriculam scholae agentum in rebus ex nostra auctoritate tractabit atque perficiet, ut sedula inspectione laboriosi segnibus, praesentes absentibus ac sibi perpetuo vacantibus praeferantur: ii quoque, quos sua virtus cum nostra munificentia gradibus honoravit sive dignos effecit, praemiorum sibi delatorum competenti firmitate potiantur, quo secreta ignobili turba multorum industrius quisque et labore non minus quam genere nobilis obsequiis nostris inhaereat. DAT. K. AVG. ANCYRAE STILICHONE II. ET ANTHEMIO CONSVL.

*A*

1 impp. *A* honorius] et honōr *A* theodoꝰ *A* 3 sedulai *A*ᵃ 4 hii *A* quos *om. A*ᵃ 5 honorauit siue dignos] *scr.* honoribusve dignos 6 segreta *A* ignobili] *Clossius*, ignorabili *A* 7 k.] *scr.* x k. *ad 6, 34, 1* 7/8 stilicone ii et antemio *A*

## X. DE OFFICIO COMITIS SACRARVM LARGITIONVM.

*Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 6).* — IVST. 1, 32.

I, 10, 1 (381 Iul. 5).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SYAGRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Palatinos strenuos regionibus singulis attributos iubemus eam in cunctis adhibere sollertiam, ut non modo abire e provincia non sinatur qui canonem propriae administrationis exactum certissimis nequeat adprobare documentis, verum etiam mansuetudinis nostrae instructa cognitio eum graviore vindicta censeat corrigendum. DAT. III NON. IVL. VIMINACIO SYAGRIO ET EVCHERIO CONSVL.

*A*

1 imp̄p̄ *A* aaa] ā *A* siagrium popetum *A* 2 singulos $A^b$ 3 sinantur *A* 4 certissims *(sic)* neque neque adprobare *A* 5 instricta cognito *A* 6 siagrio *A*

I, 10, 2 (385 Apr. 7).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TRIFOLIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. [*P*]alatini monitores frequentissimi ad profligandos largitionales titulos iudicibus ordinariis semper adsistant, deinde, si alicuius remissior super hoc fuerit cura detecta, tamdiu unusquisque iudex a palatinis intra provinciam a se administratam peracto iam honore teneatur, quamdiu per eum id quod debitum fuerit exigatur. DAT. VII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. ET BAVTONE COSS.

*A*

1 [i]mp. *A* 2 profligendos *A* 4 a *om. A* 5 id. april.] id. april. id. a. *A* 6 a. et trautone cons̄ [id ad florianum consol̄] *(uncis comprehensa ex inscr. seq.) A*

I, 10, 3 (385 Nov. 25).

[I]DEM AAA. AD FLORENTIVM COM(ITEM) SACRARVM LARGIT(IONVM). In omnibus causis ita cognitioni iurgiorum operam dabis, ut extra ordinem ac sine temporibus recognoscens mature, cum ratione tulerit, ac rursus severius, si iustitia persuaserit, definitivam scias promendam esse sententiam. DAT. V K. DEC. ARCADIO A. I [ET BAVTONE CONSS.].

*A*

1 florentium] *sic iunctae,* florianum *A* largiti nominibus *A* 2 iurgionum *A* extra] extra opera *A* 4 u] uii *iunctae* et bautone cons. *om. A*

I, 10, 4 (391 Apr. 15).

IDEM AAA. SEVERINO COM(ITI) SACRARVM LARGIT(IONVM). Comperimus inconsulto praefecto urbis ac penitus ignorante raptos ad supplicium mercatores corporalibus affectos iniuriis, gravis insuper multae acerbitate nudatos. Cum igitur |' omnia corporatorum genera, quae in Constantinopolitana ⌜urbe⌝ versantur, universos quoque cives atque populares praefecturae urbanae regi moderamine recognoscas, || si cuiuspiam fortasse personam fisci flagitabit examen vel in aliquem horum similis posthac redundabit invidia, is non per officium palatinum, sed per apparitionem sedis urbanae cognoscendo negotio praeparatus ad eum cognitorem, cui urbs tota subiacet, deducetur, ut ab eo possit audiri aut, si necessitas suaserit, ad iudicium tuum te petente transmitti. DAT. XVII K. MAI. MEDIOL(ANO) TATIANO ET SYMMACHO CONSVL.

IVST. ⌜ciuitate⌝ || *fin.*

*A.* — IVST. 1, 28, 4.

1 com. sacrarum largiter *A: aut hic emendandum* com. r. pr. *aut vice versa 9, 27, 7* 2 mercatoras $A^b$, mercator.... $A^a$ 6 persona *A* 7 uel] ut *A* 8 appariacionem *A* praeparatur *A* 9 cui] aut *A* ut] aut *A* 10 med. *dubium propter Constantinopolis mentionem*

I, 10, 5 (400 Aug. 26).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ANTHEMIO [COMITI] SACRARVM LARGITIONVM. (*Q*)uia per neglegentiam iudicantis quidam se perperam queruntur esse deiectos, cunctos, qui in hac iniuria continentur, locis debitis praecipimus reddi debere; illos vero, qui sine commeatu aut sine officii publici necessitate per provincias divagantur, tuo examini praesentatos arbitrio celsitudinis tuae condemnatione percelli, deinde militia sententiae tuae, prout visum tibi fuerit, auctoritate privari, hos vero, qui hanc secuti militiam cohortalina officia deseruerunt, a perperam quaesita militia prohiberi. DAT. VII K. SEPT. CONSTANTINOPOLI STILICHONE ET AVRELIANO CONSVL.

*A*

1 imp̄ *A* aa] ā *A* antemio *A* comiti *om. A* 2 de*****iectos *(vid.* iectos *bis scr. fuisse) A* | 3 deberi *A* 4 deuagantur *A* 7 deseruerunt *Wenck,* desoluerunt *A* 7/8 stilicone *A*

---

I, 10, 6 (401 Febr. 27).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In exactionibus largitionalium titulorum iuxta veterem consuetudinem palatinorum iudicibus incumbat instantia: ad hoc enim tantum videntur emitti, ut rectoribus vigilanter immineant. ET CETERA. DAT. III K. MART. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSVL.

*A*

1 idem ā adriano pp̄o *A* 2 iusta *A* 3 uigilant *A* 4 uicencio *A*

---

I, 10, 7 (401 Febr. 27).

IDEM AA. LIMENIO COM(ITI) SACRARVM LARGITIONVM. Observandum esse censemus, ut bini in singulis indictionibus per singulas provincias palatini dirigantur, ita ut singularum librarum auri adiutores per singulos multa constringat, si legis nostrae definitiones neglexerint vel minus idoneos destinaverint. Quibus || ⌜haec⌝ cura debet esse praecipua, ut periculo proprio notoriis destinatis super neglegentia iudicum, si ita res exegerit, conquerantur, ne eorum sit inpunita desidia. Iudices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis magis quam utilitatibus publicis studere praeviderint: breves etiam quadrimenstruos ad officium palatinum noverint dirigendos aurumque exactum ad sacras largitiones sine ulla dilatione ⌜mittatur⌝. DAT. III K. MART. ME(DIOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSVL.

IVST.
|| ⌜Palatinis haec⌝
⌜esse mittendum⌝

*A.* — IVST. 1, 32, 1

1 īd ā liminio *A* larcionum *A* 3 constringuat *A* 4 neglexerint] *Clossius,* exigerint *A* 5 praecipue *A* 5/6 notoriis] *scripsi,* notariis *A Iust.* 6 neglegentiam *A* | *Iust. (C)* 6/7 exigerit conquirantur *A* 7 ne] nec *A* 9 praeuiderint *A Iust. (M),* prouideriut *Iust. (C)* 11 mart.] mai. *Iust. (Hal.)* 12 uicencio *A*

---

I, 10, 8 (428 Febr. 27).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Non amplius quam semel intra eandem provinciam quicquam publici muneris palatinus exerceat, sed adiutoris suggestio gestis expressa teneatur, quae et nomen palatini et ei, qui dirigendus est, in eandem provinciam nihil ante commissum evidenter expromat. Quod si aut huiusmodi sollemnitate neglecta aut repetito actu ad provinciam missus fuerit palatinus, adiutorem officii et primicerium atque secundicerium triginta librarum auri poena per-

1 imp̄ *A* ā *A* 3 subiestio *A* 4 est *addidi* expromat (*non* exprimat) *A* 5 neclecta *A* reptito *A*

cellat, nec uti licebit his fortasse praestigiis, quod eidem, non eadem tamen, possint gerenda committi: eundem enim palatinum intra eandem provinciam quicquam publici muneris iterum procurare non licet. Palatini vero scient sibi cum provincialibus nihil esse commune. Iudicibus sane oportebit insistere et si inter eos breves, quos ad provinciam deferent, et eos, qui a provinciarum tabulariis proferuntur, fuerit aliqua diversitas, adscitis sibi in consilium ex provincia quinque honoratis inter palatinum ac tabularium provinciae moderator cognoscat et discussa brevium fide accelerari exactionem iubebit aut censurae legum veterum subiacebit. Noverint sane provinciarum moderatores nullam prorsus exactionis partem ad palatinum officium pertinere nec umquam his adminicula praebenda. Sed nec susceptori quidem aut tabulario provinciae palatinus incumbet, neque a susceptore summam inlatorum neque nominatorios breves a tabulario postulabit, cum haec omnis sollicitudo sit iudicis. Comitibus quoque titulorum, si quando eos ad provinciam mitti ratio necessitatis exegerit, nulla adminicula de palatino dari iubemus officio, sed sola eis provincialis apparitio parebit, poena viginti librarum auri comitem titulorum et officium feriente palatinum, si quis palatinorum cuilibet comiti titulorum fuerit adiunctus. DAT. III K. MART. RAVENN(AE) FELICE ET TAVRO CONSVL.

*A*

2 eonim *A* 4 oportebit] *scr.* eos oportebit ad] in *A*ᵃ 5 a] ad *A* adsitis *A* 7 cognoscat] agnoscat *A* haaccelerari *A* 9 pertenere *A* 10 suscepturi *A* a] aut *A*ᵃ 11 summa *A* neque *bis A* 13 dari] dori *vel* duri *A*ᵃ eis] eius *A*ᵇ 15 coilibet *A*

# XI. DE OFFICIO COMITIS REI PRIVATAE.

*Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 6). Iust. 1, 33.* — rei priuatae *in litura A,* rerum privatarum *Iust.*

I, 11, 1 (397 Dec. 23).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MINERVIO COM(ITI) REI PRIVATAE. Manentibus fideiussorum atque subsignationum meritis et possessoribus in eadem, qua nunc habentur, conductione durantibus || ad palatinorum curam et ad rationalium officia omnium rerum nostrarum et totius perpetuarii ⌈ iuris exactio revertatur || nihilque omnino de exactione reddita, hoc est perpetuarii iuris vel sacratissimae domus ad ordinarios iudices pertineat. Meminerint autem officia ordinariorum iudicum non leve fortunis suis imminere dispendium, nisi omnia reliqua praeteriti temporis curaverint exigenda, quae penes conductores ipsorum desidia aut coniventia resederunt. DAT. X K. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSVL.

IVST.
|| *inc.*
⌈ hoc est emphyteuticarii
|| *fin.*

*A.* — IVST. 1, 33, 2.

1 imp. *A* 2 et] *Clossius,* et ex *A* 3 qua] quam *A* 4 ad rat.] rat. *Iust.* 5 iuriis *A*ᵃ exactio reuertatur] exaccione [reddita hoc est] reuertatur *(del. uncis comprehensa) A* 6 reddita] *fortasse* redituum uel *del.* 7 officio *A* 8 sui *A* 9 exigenda] in exigenda peccata (peccata *del.*) *A* coibencia *A* 10 x *om. Iust. (Hal.)* ian.] me *A*ᵃ atti consule *A* *subscriptio dubia propter seriem comitum rei pr.*

I, 11, 2 (398 Mai 24).

[IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FIRMINO, COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM)]. Divae memoriae Valentiniano iuniori subreptum est, ut ordinariorum iudicum officiis actores seu conductores dominicos conveniendi licentia negaretur; et idcirco ad rationales privatae rei exigendorum fiscalium debitorum ex illo

Ordinariorum iudicum officiis nec non ipsis rectoribus provinciarum actores seu conductores dominicos conveniendi licentiam damus, ita tamen, ut rationalibus privatae rei ad exigenda fiscalia debita immineant. *fin.* IVST.

1 *inscr. habet Iust.. om. A* 2 iunioris *A*

tempore cura translata est. Ad hanc tamen inutilem praecepti novitatem etiam illud adiectum est, ut, si quid in rei privatae nostrae praediis sceleris esset admissum, quod pro sua atrocitate ulcisci potestas, nisi ferro accincta, non posset, exhibendorum reorum, nisi qui per dominicos deducerentur et defenderentur actores, ordinario iudici copia non pateret. Quod ne deinceps fiat, hac sanctione prohibemus. DAT. VIIII K. IVN. MED(IOLANO), HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSVL.

*A.* — IVST. 11, 74, 1.

2 si quid] sicut *A* 4 ordinarios *A* 5 proibemur *A* iul.] *scr.* iun. *ad iunctam* 6 a. | iiii] xiii *A* euticiano *A*

## XII. DE OFFICIO PROCONSVLIS ET LEGATI.

*Brev. om., habet A in indice (p. 6).* — *Iust. 1, 35.*

I, 12, 1 (315 [313] Oct. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. AELIANO PROCONSVLI AFRICAE. Omnes civiles causas et praecipue eas, quae fama celebriores sunt, negotia etiam criminalia publice audire debebis tertia, vel ut tardissime quarta vel certe quinta die acta conficienda iussurus. Quae omnia legati quoque coercitione commoniti observabunt. DAT. III K. NOV. TREV(IRIS), CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII COSS.

*A*

3 uel ut (*non* uel uel) *A* confectendi *A* 4/5 constantino āā xiii et licinio iiii consul. *A.* — *constitutiones quinque datae ad Aelianum (nom. om. 8, 10, 1) proconsulem Africae subscriptae sic:*

| | | |
|---|---|---|
| 1, 12, 1 | dat. III k. Nov. Trev. | Constantino A. XIII et Licinio IIII |
| 8, 10, 1 | dat. VI id. Nov. Trev. Acc. XV k Mart. Karth. | Constantino A. IIII et Licinio IIII |
| 10, 15, 1 | dat. VI id. Nov. Trev. | Constantino A. IIII et Licinio IIII |
| 11, 1, 2 / 11, 7, 1 | dat. k. Nov. Trev. | Constantino A. IIII et Licinio IIII |

*itaque attributae a. 315 vere sunt a. 313; nam Aelianus is proconsul in causa Donatistarum cum iudicium tulerit a. 314 Febr. 15 (Augustinus ad Donatistas post collationem opp. vol. 9 p. 614:* Aelianus proconsul causam Felicis audivit Volusiano et Anniano cos. XV k. Mart.: *cf. Tillemont mém. eccl. vol. 6 p. 704), epistulae illae scriptae sint necesse est per mensem Novembrem a. 313 Constantino III et Licinio III cos., acceptae a. 314 eo ipso die, quo in causa illa Aelianus iudicavit. Quod obstat inserta esse gestis causae illius apud Anullinum, quae extant (in appendice ad Optatum ed. Vindob. p. 185 seq.) acta alia a. 314 Aug. 19, magis crediderim cum Tillemontio referendum esse ad horum actorum statum perturbatum quam cum Duchesnio (le dossier du Donatisme p. 60) ad errorem Augustini. Epistulae nostrae si scriptae sunt a. 315 m. Novembri, acceptae a. 316 m. Martio, detruduntur gesta illa apud Aelianum ad a. non 315, sed 316, id quod nullo modo admitti potest. — Quae praeterea extant cum inscriptione eadem constitutiones subscriptae sic:*

1, 12, 3: k. Oct. Constantino A. et Constantio
9, 34, 2: p̄p̄ V k. Mart. Karthag. Constantino A. VI et Constantio C.
11, 36, 3: pp. VI k. Mai. Karthag. Constantino A. VII et Constantio C.

*cum omnes relatae esse videantur ad a. 326, aut duo Aeliani per ea tempora proconsulatu functi sunt aut subscriptiones habent corruptas.*

I, 12, 2 (319 Dec. 26).

IDEM A. AD PROCVLVM. Et publicae disciplinae interest et proconsulari convenit dignitati, ut publicarum exactionum ceterarumque rerum curam et notitiam ad tuam redigas potestatem, ita ut non officialium instructione et voce fraudulenta contentus sis, sed ipsorum iudicum curam responsionemque condiscas praefecti annonae et rationalium, si fidelis est ea instructio. Ita enim provincialibus contra iniquas exactiones poterit subveniri. DAT. VII K. IAN. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSVL.

*A*

1 ꝓoculum *A: intellege proconsulem Africae* 3 potestem *A* 5 *malim:* ita enim, si f. ea | est instructio, provincialibus

I, 12, 3 (. . . . . [313?] Oct. 1).

IDEM A. AELIANO PROCONSVLI AFRICAE. Legati non solum civiles, sed et criminales causas audiant, ita ut, si sententiam in reos ferendam perviderint, ad proconsules eos transmittere non morentur: || ab omnibus enim iudicibus hoc observari oportet, ut supputato tempore competenti, quo necessaria causae criminalis instructio poterit adhiberi, maturam vel nocens poenam vel absolutionem innocens consequatur. DAT. K. OCT. CONSTANTINO A. ET CONSTANTIO CONSVL.

|| *fin.* IVST.

*A.* — IVST. 1, 35, 1.

1 alieno *A* et] etiam *Iust.* 2 prouiderint *Iust.* 4 suppututo *A*ª*(?)* necessariae *A* | 6 constantino ā et constantancio consul. *A* *propter subscriptionem vide ad 1, 12, 1*

I, 12, 4 (393 Oct. 7).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCADIVS AAA. FLACCIANO PROCONSVLI AFRICAE. Officio, quod tuis meritis obsecundat, non curialem quemquam nec ⌜plebeia stirpe progenitum⌝ volumus adgregari: ac si qui erunt inter apparitores huiusmodi, restitui eos debitis muniis mox iubemus. || Veteranorum filios militare permittimus, ut, licet diversa condicione, paternam tamen teneant sub cingulo viliore fortunam. DAT. NON. OCTOB. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSVL.

IVST. ⌜ex ceteris corporibus⌝ || *fin.*

*A.* — IVST. 12, 55, 1.

1 imp *A* āāā] ā *A* flactiano proconsule *A*, ad flavianum *Iust. (O): verum nomen restituit Rossius ann. dell' Instituto 21 (1849) p. 319 adlato loco Augustini de civ. dei 18, 23:* vir clarissimus Flaccianus qui etiam proconsul fuit. | 3 proienitum *A* 4 munii *A* 5 liceat *A* 7 iiii *A* habundancio *A*

I, 12, 5 (396 Mart. 25).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SIMPLICIO PROCONSVLI ASIAE. Officium Hellesponti consularis aeternae recordationis patrem serenitatis nostrae adiit et expositis suis incommodis, quibus a vicarianis apparitoribus urgebatur, oravit sub tuae sublimitatis agere potestate. Cuius allegationes humanae proclivius pium principem commoverunt. ⌜ DAT. VIII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. IIII ET HONORIO A. CONSVL.

⌜ quod et nos obtinere censemus IVST.

*A.* — IVST. 1, 35, 2.

1 imp *A* aa] ā *A* helliponti *A* 2 patres *Iust.* 4 potestatem *Iust.* humanae proclivius (prodiuius *A*)] *expectes* humane proclinius statuentem

I, 12, 6 (398 Mai. 21).

IDEM AA. VICTORIO PROCONSVLI AFRICAE ET DOMINATORI VICARIO AFRICAE. Apparitioni tuae et legatorum quadringentos de his dumtaxat, quos rei publicae membra non querentur sibi esse detractos, censuimus deputandos, || ita ut, si modum hunc quisquam vitio temeritatis excesserit, quinis libris auri per singulos neglegentia iudicum, denis autem officium sine dilatione multetur. Quisquis igitur vel ex curiis vel ex ceteris corporibus in officio repertus fuerit, origini suae reddatur. Quod si praeter statutum numerum aliqui fuerint, quos ab omni nexu liberos vel curiae vel collegia forte non vindicent, arbitrii tui officiique publicas necessitates instruant, ita ut idem circa statutum numerum officii tui permaneat annonarum numerus, qui hucusque servatus est. DAT. XII K. IVN. MED(IOLANO), HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSVL.

|| *fin.* IVST.

*A.* — IVST. 12, 55, 2.

1 idem ā *A* 2/3 de his . . . . deputandos] cens. dep. de his dumt. quos r. e. detr. r. p. m. non queruntur *Iust.* 4 temeritatis (*non* dem-) *etiam A* quinis] *Bardili,* qui in his *A* *post* singulos *excidit* admissos *simileve vocabulum* | 8 arbitrii tui] *Wenck,* arbitrii sui *A, malim* arbitrio tuo 10 euxenio ē *A*

I, 12, 7 (399 Sept. 28).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PRAEFECTO ANNONAE. POST ALIA: Antiquam exigendi consuetudinem in omni annonario ac superindicto canone servandam esse censemus, ut submotis omnibus exactoribus, qui de diversis officiis extra morem nunc usque directi sunt, || ⌈ officium proconsulare postulet, quod exigere consuevit, nec alienis se partibus inpudenter inserat. ET CETERA. DAT. III K. OCTOB. ALTINO THEODORO V. C. CONSVL.

|| ⌈ In proconsulari provincia IVST.

*A.* — IVST. 12, 55, 3.

1 idem ag *A* ppto et p annone *A* 2 canonis *A* 4 offium *A* 5 *scr.* IIII k. Oct. | *propter iunctas.*

I, 12, 8 (400 Dec. 31).

IDEM AA. POMPEIANO PROCONSVLI AFRICAE. [*Pr*]avam licentiam iudicum his cancellis severitatis includimus, ut, si quis proconsulum vicem propriae postestatis in legatum suum velut ingratus nostro beneficio repraesentaverit, triginta librarum auri inlatione multetur eademque condemnatione legatus feriatur. Primates quoque officii par poena contineat, nisi deferentibus inlicita et ambientibus obviaverint. DAT. PRIDIE K. IAN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSVL.

*A*

2 proconsulem *A*ᵃ 3 *scr.* repr. velut ingr. nostro ben. 4 eademque ** cond. *A* legatur | *A* ferietur *A* 5 nisi] nisi in *A*, nisi et *Vesme* 6 stilicone et reliano *A*

## XIII. DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS.

*Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 6). — Iust. 1, 36.*

I, 13, 1 (394 Mai. [?] 30).

[I]MPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) [PRAETORIO] ORIENTIS. In officio comitis Orientis non amplius quam DC apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus ⌈adeo⌉ novimus abunde suppetere, || ut per eos patrimonialium per Orientem possessionum maturetur exactio. DAT. III K. IAN. HERACLEAE ARCADIO III ET HONORIO II AA. CONSVL.

IVST.
⌈ ⌉ *om.*
|| *fin.*

*A.* IND. PAR. (p. 6). — IVST. 12, 56, 1.

1 [i]mp (*erasa ante* imp *legis inscriptione eadem*) *A* aaa] a a *A* ppo] p *A* 2 dc] non amplius quam quingentis *index Paris.* | 5 ian.] *scr.* iun. *ad iunctas* heraclie *A* aa] a *A*

## XIIII. DE OFFICIO PRAEFECTI AVGVSTALIS.

*Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 6). — Iust. 1, 37.*

I, 14, 1 (386 Febr. 17).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. FLORENTIO PRAEF(ECTO) AVG(VSTALI).

Per Thebaidam atque Augustamnicam provincias officium tuum et officia iudicum conpetentium omnia tributa exigere suscipere postremo conpellere iubemus, ita ut, si qui militares possessores in memoratis provinciis fuerint, hi in tantum per militare officium exigantur. Iam si qui de provincialibus nostris ad inferenda quae debent audaces

IVST.
Omnia tributa per Aegyptiacam dioecesin cura et providentia claritatis tuae a moderatoribus provinciarum exigi iubemus. Si qui tamen ex possessoribus sive militaribus sive non militaribus ad inferenda quae debent audaces extiterint, eos per militare etiam auxilium, si opus exegerit, ad solutionem compelli censemus.

1 imp *A* praefecto augustalis *A* 2 tebaidam *A* augustamniciam *A* 4 omnia] cum | omnia *A* 7 in *delendum* 9 inferanda *A*ᵃ

extiterint, ad nostram clementiam referes, ut, ubi nos iusserimus, per castrenses milites exigantur. DAT. XIII K. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO N̄. P. ET EVODIO CONSVL.

*A.* — IVST. 1, 37, 1.

2 exequantur *A*ª

I, 14, 2 (395 Dec. [?] 4).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Praefectus Augustalis ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia ac super his referendi, non amovendi vel puniendi habeat potestatem. DAT. PRIDIE NON. DEC. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PROBINO CONSVL.

*A.* — IVST. 1, 37, 2.

1 im̄p ualentianus teod. et archadius āāā rufino pp̄o augustalis *A*, imp. theod. arc. et hon. rufino pp. praef. augustalis *(similiterve) Iust.* 2 ac] et *Iust.* 3 olibrio *A*. — *Rufinum cum satis constet caesum esse a. 395 Oct. 27, in huiusce constitutionis die erratum est; erratum item in constitutionibus ad successorem eius Caesarium datis secundum subscriptiones a. 395 Iun. 24 (16, 5, 27) — Nov. 30 (10, 6, 1).*

## XV. DE OFFICIO VICARII.

*A in indice et IND. PAR. (p. 6), item Breviarii libri duo decurtati ii qui addunt constitutionem 1, 15, 17 (ubi vide). — Iust. 1, 38.*

I, 15, 1 (325 Febr. 25.)

IMP. CONSTANTINVS A. AD SILVIVM PAVLVM MAG ITALIAE. POST ALIA: Ne tua gravitas occupationibus aliis districta huiusmodi rescriptorum cumulis oneretur, placuit has solas causas gravitati tuae iniungere, in quibus persona potentior inferiorem aut minorem iudicem premere potest aut tale negotium emergit, quod in praesidali iudicio terminari fas non est, vel quod per eosdem praesides diu tractatum apud te debeat terminari. DAT. V K. MART. NICOM(EDIAE) PAVLINO ET IVLIANO CONSVL.

*A*

1 constanitiñ *A*ª silvium *(sp. vac. 9 litt.)* paulum mag italiae *A*: *fortasse scr.* vicarium Italiae ne] de *A err. min.* 5 vel quod] *scripsi,* ut quos *A* debeant *A*

I, 15, 2 (348 Sept. 28).

IMP. CONSTANTIVS A. AD CAESONIANVM VIC(ARIVM) AFRICAE. Relationes iudicum, qui provincias regunt, nec non et rationalium ceterorumque, qui aliquid scientiae nostrae relatum cupiunt, susceptas tua sublimitas nobis celeriter intimare debebit. DAT. IIII K. OCT. PHILIPPO ET SALIA CONSVLIBVS.

*A*

1 constantiñi ā *A* racionales *A*

I, 15, 3 (353 [352?] Dec. 3).

[I]DEM A. ILICO CONSVL(ARI) NVMIDIAE. Cum aliquid rectores provinciarum ad nos referre voluerint, id prius ad vicarium referatur, cui scriptum est, ut suggestiones vel relationes per prosecutores ad comitatum meum transmittendas suscipiat et, quod faciendum viderit, expleat, quippe hoc praeter alia cursus quoque publicus magna relevatione firmabitur. DAT. III NON. DEC. SIRMIO CONSTANTIO A. VI ET CONSTANTE C. CONSVL.

*A*

1 nimidie *A* 2 prius] pu' *A* subiestiones *A* 3 per prosecutores] *Wenck,* prosecutui *A*ª, prosecutuus *vel* prosecuturus *A*ᵇ 4 reuelacione *A* 5 syrmio *A* constante cesaris consul. *A*. — *Sirmii a. 353 Constantius non fuit; fortasse scr.* III non. Mart. Constantio A. V et Constante C. (352) *pariter atque 10, 10, 8.*

I, 15, 4 (362 Iun. 6.)

IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Rectores provinciarum sublimitas tua conveniat, ut cunctis de rebus, de quibus ad nos et ad vestram scientiam crediderint referendum, vicarios esse participandos sciant. ACCEPTA VIII ID. IVN. MAMERTINO ET NEVITTA CONSVL.

*A*

1 imp. iulianus a.] *scripsi*, imp ppo constantinus ā *A*; *at post obitum demum Constantii († 361 Nov. 3) Mamertinus praefectus factus est* | 2 de quibus] quibus *A* 3 uicar *A* 4 neuita *A*

I, 15, 5 (365 Ian. 25).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD DRACONTIVM VICARIVM AFRICAE. Officium vicariae per Africam praefecturae intra eum numerum colligatur, ut trecentos minime possit excedere, sicuti ceterorum vicariorum esse praecepimus. DAT. VIII K. FEB. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSVL.

*A*

1 imp *A* 2 trescentos *A* 3 percepimus *A* | 4 ā *A*

I, 15, 6 (372 Feb. 27).

IDEM AA. AD CRESCENTEM VICARIVM AFRICAE. Si quando ex allectis vel susceptoribus aut tabulariis quispiam ratiocinio sive fraude perhibetur obnoxius, non officialis ad exhibitionem eius dirigatur, sed rectori provinciae rei indago mandetur. Ubi primum tamen sinceritas tua provinciam introierit, requirat attente, quam ordinarius iudex iniunctis rebus diligentiam efficaciamque detulerit: qui eorum titulorum, de quibus instructus est, non ad plenum vel discussionem egisse vel satisfactionem deprehenditur curasse, fas erit eum pro neglectu utilitatis publicae dignam commonitionis subire censuram. DAT. IIII K. MART. TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHEO CONSVL.

*A*

1 idem ā *A*: *addi debet Gratianus* si] di *A* *err. min.* 2 fraudi *A* 3 prouncie *A*ᵃ 4 introiere *A* 5 detulerit] *malim* attulerit 7 negletu *A* | commonitionis] *Clossius*, commotionis *A* 8 treuerunt *A*

I, 15, 7 (377 Ian. 6.)

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. ANTONIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In civilibus causis vicarios comitibus militum convenit anteferri, in militaribus ⸢ | ⸢ negotiis IVST. comites vicariis anteponi: quotiensque societas in iudicando contigerit, priore loco vicarius ponderetur, comes adiunctus accedat; si quidem, cum praefecturae meritum ceteris dignitatibus antestet, vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere indicet portionem et sacrae cognitionis habeat potestatem et iudicationis nostrae soleat repraesentare reverentiam. DAT. VIII ID. IAN. GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSVL.

*A*. — IVST. 1, 38, 1.

1 imppp] idem ā *A* 3 uicariis] uicarios *A*ᵃ sociatas *A* 4 *scr.* ponderet accedet *A* cum] *Haenel*, cum ad *A*, *om. Iust.* 6 cognitionis] cognicionem (*mut. in* cognicioneis, *deinde in* cognicionis) *A*

I, 15, 8 (377 [379?] Ian. 21.)

IDEM AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Relationes vicariorum, si quando usus attulerit, ad nostram mansuetudinem deferantur; ⸢nam etsi plura sunt, quibus etiam illustris censura tua inconsultis quoque nobis potest dare responsum, scimus tamen aliquanta esse, quae nisi auctoritas principalis oraculi solvere non potest. Et⸣ relationes ⸢ iudicum libenter audimus, ne administratorum decrescere videatur auctoritas,

IVST. ⸢nam / et⸣ *om.* ⸢ enim

1 idem ā *A* esperium ppom *A* 2 referantur *Iust.* 4 dare] dare nobis *A* 6 audimus] *Iust.*, audiuimus *A*

si eorum consulta veluti profanorum preces a nostris adytis repellamus. DAT. XII K. FEB. GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSVL.

*A*. — IVST. 1, 38, 2.

1 a] an *A* repellamur *A* *subscriptioni constitutionis huius et aliarum duarum (8, 5, 34 et 16, 5, 4) inscriptionive earum contrariae sunt epistulae duae datae ad eundem Hesperium proconsulem Africae a. 376 Mart. 10 (15, 7, 3) et a. 377 Iul. 8 (1, 32, 2)*

15, 9 (378 Iun. 1.)

IDEM AAA. AD ALYPIVM. Omnes largitionales titulos laudabilitatis tuae officium more pristino curabit implere speciali cura et periculo, [*ut*] utique post hanc praeceptionem culpam cum rationalis officio communicare non possit, a quo etiam curam alienam esse cognoscat. DAT. K. IVN. TREV(IRIS). ACCEPTA NON. IVL. VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSVL.

*A*

1 imp̄. ualens graciañ et ualentiniañ ā ad alipium *A*: *fuit comes sacr. larg.* 2 ut] *om. A* 3 cum] āi (= animi) *A* racionales *A*ᵃ etiam] *malim* eam 4 accepit nonas iulii *A* ii aa] ā ii *A*

15, 10 (379 Aug. 26.)

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SYAGRIVM. Vicario Africae aditus provinciae proconsularis inhibendus est tantumque ei consilii gratia in Thevestinam civitatem accessus pateat. Canoni autem cogendo annonae p(rae)f(ectus) immineat. Vestes largitionales sinceritatis tuae cogat officium, cui negotio etiam rationalis insistat, ita tamen, ut principe loco apparitores tuos maneat et coactionis instantia et deceptionis invidia. Vectigalia sane apud Karthaginem constituta vicariae praefecturae apparitio procuret. PP. KARTHAGINE. DAT. VII K. SEPT. AVXONIO ET OLYBRIO CONSVL.

*A*

1 imp̄ *A* aāā] ā *A* siagrium. *A*: *fuit ppo uic africae (ad inscr.) A* 2 theuestinam (tebestina *A*ᵃ, thebestina *A*ᵇ) ciuitatem (-te *A*) *scripsi* 3 ascessus *A*ᵃ 5 quoaccionis *A* et] hec *A* 7 dat. *delet Clossius*

15, 11 (380 Apr. 4).

IIDEM AA. IVSTIANO VICARIO PONTICAE. Cornicularios officii, quod meritis tuis paret, institutam antiquitus ordinationem militiae repetisse cognovimus, ut peracto corniculario agentium in rebus numero conectantur. Sed divalia statuta obsistunt, quibus comperimus virorum quoque illustrium praefectorum praetorio cornicularios, comitis quin etiam Orientis camelorum gregibus praecepto sic temporis praefici, quo vicariorum omnium cornicularis variae erogationis in urbe Constantinopolitana constat impositam functionem. DAT. II NON. APRIL. THESSAL(ONICAE) GRATIANO V ET THEODOSIO I [AA. CONSS.]

*A*

1 idem ā *A* tornicularius *A err. min.* 2 institutam (*ex* -tūt *vel* -tut') *A* corniculario] *scr.* corniculari officio 3 agentem *A* 4 praetorios *A* 5 *sic fere explendum videtur:* praecepto sic [dato eo spatio] temporis 6 constantinopolinatana *A* 7 tesal gratianū teod *A*

15, 12 (386 Oct. 27).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. OMNIBVS VICARIIS. Singuli vicarii per dioeceses sibi creditas ter centenos tantum noverint militare debere, ita ut, quicumque maiorum nexu curiis debentur, municipum functionibus dentur et nemo privilegii alicuius praetextu aut annositatis se defendat obstaculo. DAT. VI K. NOV. HONORIO N̄. P̄. ET EVODIO V̄. C̄. CONSVL.

*A*

1 imp *A* 2 dioceses *A* 3 municipium *A* dentur] *scripsi*, debentur *A* 5 euodio u. c.] euuodio uic *A*

I, 15, 13 (389 Apr. 28).

IDEM AAA. HAVE TATIANE K(ARISSIME) NOB(IS). Officium dioeceseos Asianae, cuius octo provinciarum ambitus per spatia latiora tenduntur, ducentorum niti apparitione praecipimus. DAT. IIII K. MAI. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSVL.

*A*

1 idem ā abe cuciane (*ex* -no) k. ñ ūc *A* | dioceseos *A*

---

I, 15, 14 (395 Dec. 19).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVSEBIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cavendum est, ne qua ob canonem Africae fiat frumenti deceptio. Vicarium itaque virum spectabilem per Africam volumus in proconsulari provincia exactionis et transmissionis necessitates arripere. DAT. XIIII K. IAN. ROM(AE) OLYBRIO ET PROBINO CONSVL.

*A*

1 imp *A* ppom *A* 3 exacciones et transmissiones *A* 4 dat.] *immo* pp | olibrio *A*

---

I, 15, 15 (400 Iun. 18).

IDEM AA. AD VINCENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Virum spectabilem vicarium septem provinciarum reliqua praeteriti temporis exigere iubemus, recentia vero debita ordinarios iudices maturare decernimus, quibus tamen vicarium convenit imminere. DAT. XIIII K. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSVL.

*A*

1 idem ā ad uincium (*ex* uencium) ppo *A* 2 tempori. *A*[a] iubemus] debemus *A*[a] | 4 stilicone et aureliañ *A*[a]

---

I, 15, 16 (401 Sept. 10).

IDEM AA. VIGILIO VICARIO HISPANIARVM. Nullum penitus honoratorum publica salutatione sine chlamydis indumento vicariam potestatem adire oportet. Officium itaque decem librarum auri multa tenebitur, si quis nostra statuta violare temptaverit. DAT. IIII ID. SEPT. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSVL.

*A*

1 idem ā *A* 2 oporte *A* 3 statuta] instatuta (*in archetypo fuit* istatuta) *A* | 5 uincencio et flauito *A*

---

I, 15, 17 (401 Sept. 29).

IIDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Virum spectabilem vicarium Africae quem totius conlationis ac transmissionis cura constringit, iudicibus volumus imminere, ut, quantum singulis quibusque mensibus conlatum sit quidve transmissum, maiore cautione disquirat, in eos procul dubio vindicaturus, quorum fuerit indicata desidia. ET CETERA. DAT. III K. OCTOB. ALTINO VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

*A et* ADD. *ad decurtatos duos Paris. 4412 et Vat. reg. 1023, item Pithoeus ad exemplar ed. Cuiacii a. 1566 (bibl. Paris. F 6). Edidit primus Cuiacius a. 1586.*

1 iidem āā *A*, intp. *Add.*, impp. arcad. et honorius augg. *Pithoeus coniectura ex subscriptione petita* messalae ppo consul *A*, *om. Add. (etiam Pith.)* uirium *Add. (Par.)* africae *om. Add.* 2 consolationis *Add. (Paris.*[a]*)* ac] ad *A* constrin.... *Add. (Paris.*[a]*)* 3 quibusque] quibuscumque *A*, quibus *Add.* cnlatum *Add. (Par.)* sit *om. A* 4 dilbio *Add. (Paris.*[a]*)* indicata] dicata *A*, deuota *Add.* desidea *Add. (Paris.)*, desidie *Add. (Vat.)* et cetera] *A*, et chytara *Add. (Paris.)*, *om. Add. (Vat.)*, excitata *Pithoeus et sic Cuiacius ed. 1586* 5 *subscr. om. Add. (Vat.)* frauito] *Add. (Par.)*, freuito *A*

## XVI. [= BREV. VI]. DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE.

*om. (erasa?) A.* — rectores *N*ᵃ*; Iust. 1, 40.*

I, 16, 1 (315 Aug. 3).

IMP. CONSTANTINUS A. RUFINO OCTAVIANO CORRECTORI LVCANIAE ET BRITTIORVM. Quicumque extraordinarium iudicium praefectorum vel vicariorum elicuerit vel qui iam consecutus est, eius adversarios et personas causae necessarias minime ad officium praefectorum vel vicarii pergere aut transire patiaris, sed de omni causa in tuo iudicio praesentibus partibus atque personis ita his temporibus ipse cognosce, quae ex eo die computabis, ex quo causa in tuo iudicio coeperit inchoari, ut tunc demum, si ei, qui extraordinarium iudicium postulaverit, tua sententia displicebit, iuxta ordinem legum interposita eam provocatio suspendat atque ad suum iudicem transitum faciat. DAT. III NON. AVG. TREV(IRIS) CONSTANTINO IIII ET LICINIO IIII CONSVL.

*A*

1 rufino] ad rufino *A* correctoribus *A* briciorum *A* 2 iudicum *A* 3 eius] *scr.* eum eiusque causa necessarios *A* 4 homini *A* 5 ita his] *scr.* datis 6 extraordinariorum *A* 7 prouocatio] *Vesme,* prouo- iiii cacionis *A* 9 licinio *A*. *Subscriptio reformanda videtur ad alteram 16, 2, 2 propter seriem magistratuum.*

I, 16, 2 (317 Sept. 24).

IDEM A. AD BASSVM. Decreta provincialium non prius ad comitatum perferri oportet, quam singuli quique iudicantes ea inspexerint atque probaverint suaque adscriptione signaverint. Si quid fiat contrarium, competens ultio exerceatur. P(RO)P(OSITA) VIII K. OCT. CARALI GALLICANO ET BASSO CONSVL.

*A*

1 *die indicato cum praefectus urbi fuerit Bassus, videtur intellegi, quamquam neque argumentum legis quadrat nec locus nominatus in subscriptione; de Basso vicario Italiae a. 326 (?) (9, 8, 1) quominus cogitemus, impedit provincia Sardinia subiecta vicario urbis.* 2 adstruccione *A*ᵇ, atstuccione *A*ᵃ 3 execretur *A*, exeretur *Vesme* caralis *A*

I, 16, 3 (319 Oct. 24).

IDEM A. AD FELICEM PRAESIDEM CORSICAE. Cum sex menses transcurrerint, breves omnium negotiorum ab officio tuo descripti commeent ad scrinia eminentissimae praefecturae, ut his recensitis et ad scrinia nostra perlatis pandatur, quis iudicum et in quibus discingendis causis fidelem operam praestiterit, quo vel dignus praemium mereatur vel neglegens coercitionem incurrat: adeundi tuum iudicium de neglegentia vel avaritia tui officii data provincialibus facultate. || De eo ⌜sane⌝, qui pretio depravatus aut gratia perperam iudicaverit, ei vindicta quem laeserit non solum existimationis dispendiis, sed etiam litis discrimine praebeatur. DAT. VIIII K. NOV. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSVL.

IVST. || *inc.* ⌜ ⌝ *om.*

*A.* — IVST. 7, 49, 2.

3 recensetis *A* 4 prestitit *A* 5 adeundis *A* auaria *A* 6 deprauati (?) *A*ᵇ 7 iudicauerint *A* leserint *A* 8/9 dat. uiiii (uii *Iust. [A]*) k. nou. sirmio (sirmii *A*ᵃ, *om. Iust.*) constantino (cp *Iust.*) a u (a u *Iust. [PL]*, aa *Iust. [A]*, a. iiii *A*) et lic. c. (cc *Iust. [PL]*, ucc *Iust. [A]*, iiii caes. *A*)

I, 16, 4 (328 [?] Dec. 29)

IDEM A. AD MAXIMVM. Praesides provinciarum oportet, si quis potiorum extiterit

1 id aa (ad *om.*) *A* ad maximum] *praefectum praetorio (cf. 7, 20, 5)* praesidem *(ad inscr.) A et sic fere Iust.* potiorum] *A Iust. (M*ᵃ*)*, potentiorum *Iust. (praeter M*ᵃ*)*

insolentior et ipsi vindicare non possunt aut examinare aut pronuntiare nequeunt, de eius nomine ad nos aut certe ad ˹gravitatis tuae˺ scientiam referre, quo provideatur, qualiter publicae disciplinae et laesis minoribus consulatur. ET CETERA. DAT. IIII K. IAN. TREV(IRIS) IANVARINO ET IVSTO CONSVL.

IVST. ˹praetorianae praefecturae˺

*A*. — IVST. 1, 40, 2.

1 uindicari *A* 3/4 minoribus] *A cum Bas.* (ἐλαχιστέρων), tenuioribus *Iust.* (*Lat.*) 4 dat. iiii (u *Iust.*) k. ian. treu. ianuario et (*om. A*) iusto conss. *liber et Iust. Sed eo anno Constantinus vix constitit Treveris.*

---

I, 16, 5 (329 [362/3] Apr. 18).

IDEM A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ORIENTIS. Ordinarii iudicis provinciarum rectoris seu vicaria potestas ut speculatrix debet prave gesta corrigere. Sed officiales vestrae celsitudinis et vicariae potestatis placet ab exactionibus amoveri et per provincialia officia atque rectores cunctos exigi titulos. Nam si exactio minime impleatur, ante tribunal nostrum exhibitus capitis fortunarumque omnium periculum sustinebit. DAT. XIIII K. MAI. CONSTANTINOPOLI CONSTANTINO A. VIII ET CONSTANTIO IIII CONSS.

*A*

1 idem aa *A* 1/2 iudices pr. rectores *A* 2 seu uicaria] seu tua seu uicaria *malim* 3 placeat *A* 4 ante] iudex ante *malim* 5 sustineb' (*quod potest esse et* -bis *et* -bit) *A* 6 constantinopoli] constantino ppo *A*; *delendum.* — *Leges tres relatae inter Constantinianas haec et 9, 1, 6 et 15, 1, 3 datae ad Secundum ppo, quamquam habent subscriptiones has:*

1, 16, 5 XIIII k. Mai Constantinopoli A. VIII et Constantio IIII conss.
9, 1, 6 k. Dec. Ianuarino et Iusto conss.
15, 1, 3 III k. Iul. Constantino A. VII et Constantio C. conss.

*omnino spectant ad Iulianum, id est ad a. 362 vel 363, cum Secundus sine dubio eius sit praefectus praetorio, accedat in secunda summa similitudo cum 1, 22, 3 a Iuliano data ad Mamertinum.*

---

I, 16, 6 (331 Nov. 1).

IDEM A. AD PROVINCIALES. Praesides publicas notiones exerceant frequentatis per examina tribunalibus, nec civiles controversias audituri secretariis sese abscondant, ut iurgaturus conveniendi eos nisi pretio facultatem impetrare non possit, et cum negotiis omnibus, quae ad se delata fuerint, exhibuerint audientiam et frequens praeconis, ut adsolet fieri, inclamatio nullum, qui postulare voluerit, deprehenderit, expletis omnibus actibus publicis privatisque sese recipiant. || Iustissimos ˹autem˺ et vigilantissimos iudices publicis adclamationibus conlaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris eis auctiores proferamus processus, e contrario iniustis et maleficis querellarum vocibus accusandis, ut censurae nostrae vigor eos absumat; nam si verae voces sunt nec ad libidinem per clientelas effusae, diligenter investigabimus, praefectis praetorio et comitibus, qui per provincias constituti sunt, provincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus. P(RO)P(OSITA) K. NOV. CONSTANTINOPOLI BASSO ET ABLAVIO CONSVL.

IVST. || *inc.* ˹autem˺ *om.*

*A*. — IVST. 1, 40, 3.

1 notiones] *Wenck*, naciones *A* 2 audituri] *T ex et Hall*, auditoriis *A* abcondant *A* 2/3 iurgaturum *A*[a] 4 praeconiis *A* 8 honoris (-res *R*)] *Iust.*, honorem *A* e] et *A*, et e *Iust.* (*RM*), et ex *Iust.* (*PL*) 9 asummat *A* 10 effuge *A* inuestigauimus *A* 12 referendibus *A*[a]

---

I, 16, 7 [= BREV. I, 6, 1] (331 Nov. 1).

IDEM A. AD PROVINCIALES. Cessent iam nunc rapaces officialium manus, cessent, inquam: nam nisi moniti cessaverint, gladiis praecidentur. Non sit venale iudicis velum,

1 [i]dem *A*, imp. constant *NBGMLS* prouincialis *L* nunc] tunc *L* rapacis *L* 1/2 inique *S* 2 nam] non *A* nisi moniti] nisi muniti *NA*, nisi moniti non *ML*, si moniti non *BGS* praecedentur *A*, praecidantur *S* sint *S* uenalis *ML*, uenales *S* iudices *NS* uelum] uerbum *GL*

non ingressus redempti, non infame licitationibus secretarium, non visio ipsa praesidis cum pretio. Aeque aures iudicantis pauperrimis ac divitibus reserentur. Absit ab inducendo eius qui officii princeps dicitur depraedatio; nullas litigatoribus adiutores eorundem officii principum concussiones adhibeant; centurionum aliorumque officialium parva magnaque poscentium intolerandi inpetus oblidantur eorumque, qui iurgantibus acta restituunt, inexpleta aviditas temperetur. Semper invigilet industria praesidalis, ne quicquam a praedictis generibus hominum de litigatore sumatur. Qui si de civilibus causis quidquam putaverint esse poscendum, aderit armata censura, quae nefariorum capita cervicesque detruncet, data copia universis qui concussi fuerint, ut praesidum instruant notionem. Qui si dissimulaverint, super eodem conquerendi vocem omnibus aperimus apud comites provinciarum, aut apud praefectos praetorio, si magis fuerint in vicino, ut his referentibus edocti super talibus latrociniis supplicia proferamus. DAT. KAL. NOVEMB. CONSTANT(INO). P(OLI) BASSO ET ABLAVIO CONSS.

INTERPRETATIO. Officiales omnium iudicum venales esse non audeant nec pretium de introitu occurrentium aut litigantium vel egressu requirant. Et interpellantes tam divites quam pauperes sine ullo praemio audiantur. Quod si rapaces esse voluerint, gladio puniantur aut certe de eorum rapacitate dominicis auribus referatur.

---

BREV. *(NABGMLS).*

1 redemptio *B* non *(del. B²)* infamet *BG* licitationis *MS*, litigationibus *G* 2 pretio aeque (que *B*)] pressio seque *L* aures] auctores *Mᵇ*, auctoris *Mᵃ* iudicantes *N* diuicibus *A* abiit *L¹* ab] ad *N* 3 eius] eos *L* officio *NGᵃ* principis *A* dictur depraedasio *L* nullas] nullus *N*, nulla sit *L*, nulla *Gᵃ*, ulla *Gᵇ* litigigatoribus *A*, litigatoris *M*, litigatores *S* corundem *N* 3/4 officium *G* 4 concussionis *L*, concutiones (-nis *MᵃSᵃ*) *MS*, concussionibus *N* aliorumue *B* 5 poscendum *Gᵛ* intolerandi] intoleranda *Bᵇ*, *om. G* inpetus] inpetita *Bᵇ* oblidantur] obligantur *S*, abiliantur *Bᵃ*, aboleantur *Bᵇ*, oblidandus est *Gᵃ*, obligandus est *Gᵇ* eorumque] eorum *G* qui] quae *L* prestituunt *S* 6 auditas *N* uigilet *L* praesidialis *N* ne] *NBGL*, nec *AMS* quicquam] *ABGL*, quisquam *NMS* a *om. L* 7 aligatore *L* si] se *NA* 8 putauerint esse] potuerint *L* adheret *N* 9 dat *A* concursi *L*, confusi *A* praesidi *Bᵃ* instruatur *Lᵃ* notitionem *N*, nationem *L* 10 eandem *BG*, eorum *L* conquirendi *GLS* apud comites] *ABMS*, apud cunctis *L*, apud comites cunctos *G*, quae cunctis apud com̄ *N* 11 praefectos (-to *L*) praetorio (-rii *S*)] *AMLS*, praefectum praetorio (-rium *G*) *NG*, p̄p̄o *B* fuerit *Gᵇ* ut *om. L* 12 super] a *B* supplicio *BL*, subplici *Gᵃ* referamus *GL*, deferemus *B* 12/13 dat. k. nou. const. basso et ablauio (blauio *B*, albino *G*) *libri* 14 officialis *L* uenalis *L* audeant] ualeant *L* nec] *libri*, neque *edd.* 15 occurrentum *NBᵇM* litigantum *NBGM* egressus *BᵃMS*, egressum *Bᵇ* 15/16 quam pauperes *post* praemio *A* 16 ullum *L* audiatur *G* 17 inferatur *B*

---

I. 16, 8 (362 Iul. 28).

IMP. IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quaedam sunt negotia, in quibus superfluum est moderatorem exspectari provinciae: ideoque pedaneos iudices, hoc est qui negotia humiliora disceptent, constituendi damus praesidibus potestatem. DAT. V KAL. AVG. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

---

ADD. *ad Theod., ut ait Iac. Gothofredus, 'ex ms. nonnullis ac nominatim ex ms. P. Danielis', cuius codicis alibi mentio non fit.* — IVST. 3, 3, 5. — *Integram habent lapides duo reperti in insulis Amorgo C. I. L. III, 459 (cf. p. 982. 2316³²) et Lesbo l. c. III, 14198.*

2 expectare *Iust. (praeter Bamb.)* 3/4 *subscriptionem servavit Iust. (Hal.)*

---

I. 16, 9 [= BREV. I, 6, 2] (364 Sept. 19).

IMPP. VALENTIN(IANVS) ET VALENS AA. HAVE, ARTEMI K(ARISSIME) N(OBIS). Iudex sibi hanc praecipuam curam in audiendis ac discingendis litibus inpositam esse non ambigat, ta ut

1 et *om. B* haue *(sic AM,* hauc *S,* habe *NBL,* habeat *Gᵃ, om. Gᵇ)* artemi *(sic NAS,* artimi *M,* arteni *B,* anthimi *L,* anthemi *G)* k̄ n̄b *(sic MS,* k̄m̄e nob̄ *B,* carissime [carusseme *Nᵃ*] nobis *reliqui) ante* impp. *MS: corrector fuit Lucaniae et Bruttiorum (cf. 8, 3, 1)* sibi iudex *G* 2 praecipue *B* ac] aut *NG* descingendis *M,* distinguendis *NS,* discernendis *ABGL* inposita *A*

non in secessu domus de statu hominum vel patrimoniorum sententiam ferat, sed apertis secretarii foribus intro vocatis omnibus aut pro tribunali locatus et civiles et criminales controversias audiat, ne congruae ultionis animadversione cohibeatur. Absit autem, ut iudex popularitati et spectaculorum editionibus mancipatus plus ludicris curae tribuat quam seriis actibus. DAT. KAL. OCTOB. AQVIL(EIA) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Iudex hanc sibi praecipuam curam inpendendam esse cognoscat, ut litigantium causas iugiter adhibita aequitate discutiat, sciturus non se in secretis domus aut in quibuscumque angulis finitivam sententiam prolaturum: sed apertis domus suae ianuis intromissisque turbis, ut neminem lateat, quid secundum legum vel veritatis ordinem fuerit indicatum.

BREV. *(NABGMLS)*.

1 ecessu $M^a$, secessum *L* referat *G* 2 secretariis *N* aut] et *B* locatos *L*, locatis *A* criminalis *L* 3 controuertias *M*, controuersia *L* audeat *N* ne] nec *NALS* congrua aeuulsione et *L* animaduersione] *A*, animaduertione *M*, animae (-ma *L*) aduersione *NL*, animaduersionem *B*, animaduersio *G* 4 popularitate $A^aG$ et spect.] et expect. *G*, eodem expect. *L* edissionibus *L*, edictionibus *N* ludicris] lucris $M^aBG$, in decretis *L* tribuae *L* 5 series *B*, seriei *G* actionibus *N* dat. (xiii *ins. iunctae*) k. oct. aquil. diuo *(om. B)* iouiano (iuuiniano *N*, iuliano *G*) et uarroniano (barroniano *N*, ursino *G*) *libri* 6 hac $L^1$ curam] *AMLS*, curam in audiendis litibus *NBG* inpendenda *A* 7 sciturum *B* se in *om. A* secreto *G* 8 finitiuam] ad finitimam *ML* prolatorum *M* suae *om. G* 8/9 inmissisque *M* 9 ut *om. MS* nemine *N* quid] $AMLS^2$, qui $S^1$, quicquid *BG*, sed *N*

I, 16, 10 [= BREV. I, 6, 3] (365 [364] Sept. 8).

IDEM AA. AD VALERIANVM VIC(ARIVM) HISPANIARVM. Libellos iudicibus, postquam se receperint, vetamus offerri, ne super alienis causis vel statu pronuntient, quando ab officii conspectu atque ab oculis publicis recesserint. PRAELATA VI ID. SEPTEMB. VERONAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Iudices, postquam se de consessu publico in domo sua receperint, libellos a litigatoribus non accipiant nec sine officio suo de causis alienis vel de statu aliquid cognoscant.

BREV. *(NABGMLS)*.

1 a̅a̅] ā *NM* ualerium *A* uicarium] *ABL*, u̅c̅ *N*, u̅u̅ c̅c̅ *G*, agentem uicarium *MS* spaniarum *L*, hispanie *A*, spanie *B*, hisp. augg. *N* libellus *NL*, lilibellos *G* iudicum *L* 2 offerre *L* causus *G* officio *N*, officia *L* 3 eque *L* publici *N* 3/4 praelata (prolata $AB^b$, prolata p̅p̅ $B^a$, dat. *G*) ui (uii *G*, u *B*, *om. N*) id. sept. ueronae ual. et ual. aa. (a *A*) *libri*. *Locus cum flagitet a. 364, subscriptio ita accipienda erit constitutionem Veronae emissam anno 364 propositam esse una cum edicto magistratus nescio cuius a. 365 Sept. 8.* 5 consensu *A*, concessu *N* domum suam *N* 6 de statu] statura *B* agnoscant *MS*

I, 16, 11 [I, 16, 12 Haenel; = BREV. I, 6, 4] (369 Apr. 1).

IDEM AA. ET GRAT(IANVS) A. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Provinciis praesidentes per omnium villas sensim atque usitatim vicosque cunctos discurrant et ultro rimentur a singulis, quid unusquisque conpulsor insolenter egisset aut cupide. Is enim, de quo aliqua ad nos querella pervenerit, ad ultimam poenam rapietur. DAT. KAL. APRIL. TREV(IRIS) VALENTINIANO N̅. P̅. ET VICTORE V̅. C̅. CONSS.

INTERPRETATIO. Iudices provinciarum operam dare debebunt, ut per singulos agros et loca sollicita inquisitione discurrant et per se, qualiter in solutione publici debiti cum possessoribus agatur, agnoscant. Cuius rei curam si inplere neglexerint, querellam civium non dubitent in se severissime vindicandam.

BREV. *(NABGMLS)*.

1 a̅a̅] ā *M* et *om. N* gregorianus *L* ā *om. G* pp̅o̅] p̅p̅ *N* (pp̅o̅ $N^*$), ppu̅ *G*, pampeium *A*, praepositum $S^2$, *inc.* $S^1$ 2 ullas *N* usitatum *N* uicusque *L* discurrunt $N^a$ 2/3 et ultro rimentur] ut ultorum cultores *L* 3 compulsus *B* egisset] egessit *S*, egissae *N*, gessit *B* cupide is] cupiditatem *L* 4 aliqua ad nos] aliquatinus *L* rapiatur *B* 4/5 dat. (x *ins.* $NN^*$) k. apr. treu. (triū *M*, triue̅r̅ *N*) ualentiniano n̅ p̅ (*sic A*, nob puero *MS*, iib p $N^*$, ii pp *N*, p̅ō *B*, septimo *G*) et *(om. G)* uictore *(om. G)* u̅c̅ (*sic NGM*, uic *A*, *om. BS*) *libri* 6 dare] darei *A*, reddere *GL* debunt *L* ut *om. N* 6/7 locus illicita *N* 7 et] ut *GL* per se] pere $M^a$ solutione] solutio *A*, **tioni *L* publica *S* debet *N* 8 si inplere] sicut plus re *N* querelli *N* 9 securissime *N* uindicanda *N*, uindicandum *BS*

I, 16, 12 [I, 16, 11 Haenel] (369 Apr. 1).

IDEM AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Unusquisque iudex in his locis sedem constituat, in quibus oportet omnibus praesto esse rectorem, non deverticula deliciosa sectetur. Addimus sane, ut eius, qui provinciae praesidentem propria possessione susceperit, ager, quem diversorium habuerit praedictus in transitu, fisci viribus vindicetur. Ita enim iudices mansiones instruere et instaurare nitentur. DAT. KAL. APR. TREV. VALENTINIANO N. P. ET VICTORE CONSS.

APP. I, 26 *Krueger (codd. EK, item Ottobonianus 2225, Montespess. 84, Paris. 4419) titulo* 'de officio rectoris provinciae'. — *Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 impp. ualent. ualens et grat. *Ott. Mont.*, impp. ualent. et ualens *EK Par.* in his] nihil *Ott. Mont.* 2 deuerticula] diuersi cura *K* 2/3 deliciosa] *Paris. 4406 (descriptus ex E) coniectura indeque Cuiacius 1586*, religiosa *libri boni* 3 addemus *K Ott. Mont.* eius qui] *Ott. Mont.*, quis in *K*, quisqui (-que *L*) *E. Par.* prouincia *Par.* praesidentem] presidem tempore *Ott. Mont.* 4 quem] quam *Par.* deuersurium *Mont.* transito *E* uribus *K* 5 mansionis *Ott. Mont.* instaurare] instauere *Mont.*, in ista uere *Ott.* nitantur *E*, mutantur *K* apr.] febr. *K* triū *K Mont.*, trium *E* 6 $\overline{np}$] ā *K*

I, 16, 13 (377 Iul. 28).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD ANTONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ne quis domum iudicis ordinarii postmeridiano tempore ex occasione secreti ingredi familiariter affectet eiusdem dumtaxat provinciae, sive notus iudici sive etiam ignotus, gesti tamen honoris auctoritatem praeferens. DAT. V KAL. AVG. MOGONTIACO GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

INTERPRETATIO. Ne quis notus aut ignotus, eius tamen provinciae homo meridianis horis aut secretis iudicem videat.

ADD. *ad Brev.: ex codice Pithoeano deperdito (nobis F) adscripta est hoc loco ad exemplar ed. Sichardianae bibl. Paris. F 4. Interpretationem habent praeterea Leidensis Vossianus 47 (cum inscr. et subscr.) et Fuldensis, epitomam Aegidiana. Edidit primus Cuiacius in obss. l. VI, deinde in ed. a. 1566.*

4 gesti] *scripsi*, gestet *Pith.*, est et *coni. Cuiacius* honoris, *non* honores *Pith.* morontiaco *Pith.*, morociano *Leid.* *pro* gratiano *asteriscus est in Pith. hiatum significans et om. etiam Leid.*; *suprascr. in Pith.* grat. *Interpretatio haec est in Pith. et Leid.* (6 homo] mo *Leid.*); *quam dat Cuiacius in ed. 1566, petita est ex summa Aegidiana:* ut meridianis horis suggerentum iudex causas non praesumat audire

I, 16, 14 [= BREV. I, 6, 5] (408 Nov. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Moderatores provinciarum curam gerere iubemus, ne quid potentium procuratores perperam inliciteque committant. DAT. VII KAL. DECEMB. RAV(ENNA) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

INTERPRETATIO. Iudices provinciarum summam sollicitudinem habere debent, ne actores potentum aliquid circa inferiores personas inlicite iniusteque committant.

BREV. (*NABGMLS*). — IVST. 1, 40, 11.

1 honorios *L* $\overline{aa}$] ā *NA* theudoro *M*, theodoto *G* $\overline{ppo}$] $\overline{pp}$ $\overline{ppo}$ *N*, $\overline{ppo}$ praeturio (praetario $G^{a}$) *GL*, pampeio *A*, praeposito *S* 2 prouinciarum] *Iust.*, prouinciae *Brev.* inliciteque] inlicite *GL* 3 dat. uii (uiii *B*, ui *Iust. [Hal.]*, *om. G*) dec. rau. basso et phil. *libri* 4 iudicis *L* summam] istam *MS* debebunt *N* auctores *N* 5 potentium *MS*, potestatum *L* interiorem *N* iniusteque] iniuste $S^{a}$

I, 17

# (XVII.) DE OFFICIO RATIONALIS SVMMARVM ET REI PRIVATAE.

*IND. PAR. (p. 6).*

I, 18

## (XVIII.) DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM.

*IND. PAR. (p. 7).* — *Iust.* 1, 43.

## (XVIIII.) DE OFFICIO TRIBVNI VOLVPTATVM.

*IND. PAR. (p. 7).*

## (XX.) [= BREV. VII]. DE OFFICIO IVDICVM CIVILIVM.

*Iust.* 1, 45 de off. ciu. iud.

I, 20, 1 [= BREV. I, 7, 1] (408 Febr. 3).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. CVRTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Honorati, qui lites habere noscuntur, his horis, quibus causarum merita vel fata penduntur, residendi cum iudice non habeant facultatem: || nec meridianis horis [|| *fin.* IVST.] a litigatoribus iudices videantur. Quina itaque pondo auri tam iudici quam eius officio atque honoratis parem multam adscribendam esse cognoscas, si quis contra praeceptum huiusmodi venire temptaverit. DAT. III NON. FEBRVAR. ROM(AE) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

INTERPRETATIO. Honorati provinciarum, id est ex curiae corpore, si et ipsi in lite sunt constituti, tempore, quo causae a iudicibus ventilantur, cum iudice non resideant, et litigatores meridianis horis iudicem non salutent. Si aliud praesumpserint, multam supra scriptae legis exsolvant.

---

BREV. *(NABGMLS).* — IVST. 1, 45, 1.

1 cortio *N*, cursio *GL* ppo] po c̈ *B*, pampeio *A*, praeposito *S* 2 qui lites] qualiter *B* horis] iuris *L*, honoribus *G* fata] *NM Iust. (CRM*[b]*)*, facta *ABGLS Iust. (PLM*[a]*)* 2/3 penduntur] *NGM Iust. (C aliique)*, panduntur *A Iust. (R aliique)* 3 cu iudicem *L* 4 uideant *A* quina] quinque *BGL*, quino *S* pondo] pondos *L*[b], podos *L*[a], pondera *BG*, pondere *S* eius] ei *L* 5 atque] *MS*, et *NABGL* parem] parte *L* cognoscas] cognoscant *NBG*[1]*L*, cognoscat *G*[2]*S* si quis] qui *B* contra *om. L*[a] 6 dat. iii (iiii *G*) non. febr. (nou. *B*) rom. (rauennae *Iust. [Hal.]*, *om. G*) basso et ph. *libri* 7 lite] liciae *L* sint *G* 8 causae] *MS*, c. aliorum *NAL*, causae (causa *B*) illorum *BG* a *om. N* uentilatur *G*[a] 8/9 litigatore *L*[a] 9 aliud] aliter *G* multa *NL* 10 absoluant *A*[a]

## (XXI.) [= BREV. VIII]. DE OFFICIO IVDICVM MILITARIVM.

officium *L.* — *Iust.* 1, 46.

I, 21, 1 [= BREV. I, 8, 1] (393 Febr. 12).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. COMITIBVS ET MAGISTRIS VTRIVSQVE MILITIAE. Numquam omnino negotiis privatorum vel tuitio militis vel executio tribuatur. DAT. PRID. ID. FEB. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V. C. CONSS.

INTERPRETATIO. Nulli penitus in civilibus causis militaris vel tuitio vel executio deputetur.

---

BREV. *(NABGMLS).* — IVST. 1, 46, 1.

1 arc. et hon.] et arc. *B* ā *A* magistrum *L*, magistratibus *A*, maiestatibus *BG* 2 militiae *ante* priuatorum *A* in negotiis *S Iust.* priuautorum *L* tuitio] auisio *L* ɏ, militis] milites *N*, militus *L*, militaris *G Iust.* 3 dat. prid. (iii *B*) id. (kl. *G*) febr. const. th. a. iii (iiii *BG*) et ab. uc *(sic M*, uu cc *N*, uu cl *B*, uiris claris *S*, uicario *A*, *om. G) libri* 4 militariis *S* uel executio uel *(?)* actio *(?)* tribuatur *L*

## (XXII.) [= BREV. VIIII]. DE OFFICIO IVDICVM OMNIVM.

*Iust.* 1, 48 de off. diversorum iudicum.

1, 22, 1 [= BREV. I, 9, 1] (316 Ian. 11).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD DOMITIVM CELSVM VICARIVM. Nemo iudex officialem ad eam domum, in qua materfamilias agit, cum aliquo praecepto aestimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat, cum certum sit debita eius, quae intra domum considerato sexu semet contineat, domus eius vel cuiuscumque rei habita distractione publicis necessitatibus posse servari. Quod si quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali poena ˹vel exquisitis potius exitii suppliciis˺ plectetur. DAT. III ID. IANVAR. TREV(IRIS) SABINO ET RVFINO CONSS.

| ˹uel ... suppliciis˺ *om.* IVST. |
|---|

**INTERPRETATIO. Nullus iudicum matronam in domo sua residentem per quemcumque adparitorem ad publicum aestimet protrahendam, sed circa eam pro sexus reverentia conventio honesta servetur: cum, si quid eam debere constiterit, constrictis eius actoribus possit exsolvi. Nam si quis contra fecerit, summo supplicio se adficiendum esse cognoscat.**

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 1, 48, 1.

1 celsum] celsu *N*, uel celsum *MS* uicarium] *BG*, ūc *N*, ūu cc *M*, ut *L*, uicp̄ (?) *A*, iurisd *S*[1], *inc. S*[2]: *intellege* vicarium Africae officialem] ad off. *A*, ex officialibus *G* eum *A* 2 aget *NA* aliquod praeceptum *B* aestimet] stemit *L* mittendo *L* 3 protegat *L* certus *S* sit] se *N* consideratu *N* 4 sexu semet] secus *(om. L*[a]*)* aemit *L* habita] habet *N*, habitandi *L* 5 quod] ut *B* publico *G* pro hac *L*, post haec *S* 6 citra ullam] *B Iust.*, ullam citra *G*, citra illam *MS*, citra (*om.* ullam) *NA*, extra (*om.* ullam) *L* indulgentia *L*, indiligentiam *N* capitazyitali *L* 7 poena *om. A* exitii suppliciis] *A*, exitiis (exitus *L*, exicii *S*) suppliciis (-ciisque *GLS*) *NBGML* plectetur] *AML*[a], plectentur *L*[b], plectatur *NBGS* 7/8 dat. iii (iiii *G*) id. ian. (iun. *B*) treu. (triu *M*) sabino (sauino *B*, sabiniano *MS*) et rufino (rufo *G*) *libri*. — *Epistulae duae ad Celsum vicarium Africae eodem tempore datae in causa Donatistarum altera a praefectis praetorio Petronio Anniano et Iulio Iuliano (cf. C. I. L. III, 13734) altera ab imp. Constantino (p. 211. 212 ed. Vindob.) subscriptiones has in universum confirmant. Attamen constitutiones duae ad Celsum datae a. 315 Aug. 1 (9, 18, 1) et 316 Ian. 11 parum conveniunt cum duabus ad Eumelium datis, altera a. 315 Mart. 21 (9, 40, 2), altera a. 316 Nov. 10 (Augustinus l. c. ad 9, 40, 2). Vide quae adnotantur ad 9, 40, 2.* 9 nullos *N* domum suam *A* 9/10 adparitorem] apparatum (tus *B*[b]) rem *B* 10 ad] in *GL* aestimet] extimet *LG* reuerencie *A* 11 cum] quod *BG* auctoribus *G* posse *GS* 12 contra] c. hoc *L*

1, 22, 2 [= BREV. I, 9, 2] (334 Iun. 17).

IDEM A. ANDRONICO. Si contra pupillos, viduas vel ˹morbo fatigatos et debiles impetratum fuerit lenitatis nostrae iudicium, memorati a nullo nostrorum iudicum conpellantur comitatui nostro sui copiam facere. Quin immo intra provinciam, in qua litigator et testes vel instrumenta sunt, experiantur iurgandi fortunam atque omni cautela servetur, ne terminos provinciarum suarum cogantur excedere. Quod si pupilli vel viduae aliique fortunae iniuria miserabiles iudicium nostrae serenitatis oraverint, praesertim cum alicuius potentiam perhorrescunt, cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere. DAT. XV KAL. IVL. CONSTANT(INO)P(OLI) OPTATO ET PAVLINO CONSS.

| ˹diutino IVST. |
|---|

INTERPRETATIO. Si quicumque adversus pupillos, viduas et aegrotos nostra praecepta meruerit, eos de locis suis commovendi vel extra provinciam suam usquam penitus protrahendi

1 idem ā (*post* andr. *N*) andronico (anthronico *G*, andromacho *B*) *om. A*: *mag. incertus* pupillus *L* uel] et *N* mortuo *L*[a] fatigatis *L* 2 impetrato *L* nostrae *om. L* iudicio *G*[b] memoratae *N* iudicum] iuditio *BG* 3 fateri qui nimio *L* prouincia *N* 4 litigatur *NGL* et] hec *A*, *om. L* testes] testis *S*, testes sunt *GL* strumento *L* 5 seruaturus (-ros *N*[b]) *N*, seruentur *BG* ne] nec *G* terminus *L* prouincialem *A* pupillae *L*, publici *A* 6 aliaeque *NBG*, aliquae *S* iniuriam *NABGL* miserabilis *ABL* seruitutis *A*[a] orauerit *L* 7 perhorrescunt] *MS Iust.*, perhorrescant *NABGL* cogentur *M* examine *A* 8 dat. xu *(om. B Iust.)* k. iul. const. opt. et paul. *libri* 9 si] *NBMS*, *om. AGL* aduersum *GMLS* pupillus uiduam *B* et (seu *B*) aegrotos] et infirmos *G* 10 meruerint *NABMS* usquam] nusquam *A*, quam *N*, non usquam *G*

licentiam submovemus, ut ibi causam suam dicant, ubi instructiores esse et testimonia possint facilius invenire. Sane si ipsi, quorum fatigationi consulimus, nos crediderint expetendos, huic voluntati eorum veniendi aditum non negamus, ita ut adversarii eorum sub praesentia principis adesse per rectorem provinciae conpellantur.

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 3, 14, 1.

1 submouimus *B* ut] et *G* ibi] sibi *N* casam *A* instructiones *N* esse *om. L* testimonio *A* possunt *AB*, possent *L* 2 ineniri *B* fatigatione *NL* consulemus *MN*, consolemus *G* expectandos *AL* huic] hunc *G*, huc *S* 3 ad. uen. *B* 4 compellant *A*

I, 22, 3 (363 Nov. 21).

IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM. Conventis rectoribus a sublimitate tua edi non minus criminalia acta quam civilia iubemus, his videlicet, quorum salus ad discrimen vocatur. DAT. XI KAL. DEC. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

APP. I, 27 *Krueger (codd. EK, item Ottobonianus 2225, Montispess. 84 et Paris. 4419)* 't. de officium *(vac. sp.)*' cons. omnium *[sic Ott.*, de officium omnium *Mont., om. KE])*. — *Edidit primus Iac. Gothofredus ad C. Th. 9, 1, 6 inventam 'in veteri exemplari C. Th. ad finem eius'.*

1 Iulianus] *Ioviani est, nisi fallit dies, Iuliano adscripta secundum usum compilatorum.* martinum *K; fuit* ppo a] ad *KE Par. Goth.* sublimitatem *KE Goth.* tua edi] *Par.*, tuondi *E*, tuae *K Ott. Mont.*, tuendi *Gothofredus* 2 coerum *Par.* 3 xi] xii *E Goth., om. K* iuliano a. iiii et sallustio (salutio *Par.*) conss. *reliqui*, et aureliano ā *K*

I, 22, 4 [= BREV. I, 9, 3] (383 . . .).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENT(INIANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. PARS ACTORVM HABITORVM IN CONSISTORIO GRATIANI Ā. GRATIANVS Ā. DIXIT. Det operam iudex, ut praetorium suum ipse
1 conponat. Ceterum neque comiti neque rectori provinciae plus aliquid praestabitur, quam nos concessimus in annonis seu cellariis. ET CETERA. ACTVM IN CONSISTORIO MEROBAVDE II ET SATVRNINO VV. CC. CONSS.

INTERPRETATIO. Iudicem praetorium suum de proprio debere conponere et nihil a provincialibus amplius petere, quam ei in annonis vel cellariis a principe fuerit deputatum.

BREV. *(NABGLMS)*.

1 ual. grat. *A* ā *A* habecorum *L*, habitatorum *A* 2 congesturio *L* gratiani ā *om. L* ā *om. L* dixit *om. G* ut] et *G* suum *om. B* 3 ceterum] iterum *L* neque] nullus *GL* comes *N* prouintia *L* praestabit *G* 4 consensimus *A* seu] siue *GL* cethara *L* 4/5 actum in consistorio (consisterio *A*) merobaude (merebaude *A*) ii (-to *S*) et sat. uucc (*om. NBM*) *libri* 6 proprium *M* 6/7 prouinciales *M* 7 amplius] aliquid amplius *G edd.* uellariis *M*

## XXVII. DE EPISCOPALI DEFINITIONE.

*sic Berol. (vide infra).* — *Iust.* 1, 4: de episcopali audientia et de diversis capitulis, quae ad ius curamque et reverentiam pontificalem pertinent.

1, 27, 1 (. . . . Iun. 23).

IMP. CONSTANTINVS A. Iudex pro sua sollicitudine observare debebit, ut, si ad episcopale iudicium provocetur, silentium accommodetur et, si quis ad legem Christianam negotium transferre voluerit et illud iudicium observare, audiatur, etiamsi negotium apud iudicem sit inchoatum, et pro sanctis habeatur, quidquid ab his fuerit iudicatum: ita tamen, ne usurpetur in eo, ut unus ex litigantibus pergat ad supra dictum auditorium et arbitrium suum enuntiet. Iudex enim praesentis causae integre habere debet arbitrium, ut omnibus accepto latis pronuntiet. DATA VIIII KAL. IVLIAS CONSTANTINOPOLI . . . . . A. ET CRISPO CAES. CONSS.

*Berol. Phillipps. 1745 (inde cod. Par. 1452) post constitutiones Sirmondianas sub praescripto:* lex de Theodosiano sub titulo XXVII de episcopali definitione; *liber omnino intellegendus est primus.*

1 imp. constantinus . . . . 2 accom, *item* 2 et si quis . . . . christia, *item* 3 audi *deficiunt hodie in Berol., habet apographum Paris.* 1/2 ad ep. iudicium] *(sic apogr. ex emend., fuit antea* ereasa ad aepost, *in quo latet fortasse* de re aliqua ad episcopos 2 accommodet *apogr.* 3 [audi]etur *(?) cod.* 6 *videntur quaedam excidisse ad hunc modum:* iudex enim praesentes partes audire et causae 7/8 *subscriptio quomodo restituenda sit, non liquet: Crispus Caesar secundo loco non invenitur nisi a. 318 cum Licinio A. V*

I, 27, 2 (408 Dec. 13).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Episcopale iudicium sit ratum omnibus, qui se audiri a sacerdotibus ⌜adquieverint⌝. ⌜Cum enim possint privati inter consentientes etiam iudice nesciente audire, his licere id patimur, quos necessario veneramur⌝ eamque illorum iudicationi adhibendam esse reverentiam, quam vestris ⌜deferri⌝ necesse est potestatibus, a quibus non licet provocare. Per ⌜publicum quoque officium⌝, ne sit cassa ⌈ cognitio, [definitioni exsecutio tribuatur. DAT. ID. DEC. BASSO ET PHILIPPO CONSS].

IVST.
⌜elegerint⌝ | ⌜Cum . . . veneramur⌝ *om.*
⌜referre⌝
⌜iudicum quoque officia⌝
⌈ episcopalis

*Codex Phillipps. idem (suppletur hic illic ex apographo) praescribens:* item alia (alias *apogr.*) lex de Theodosiano sub titulo XXVII de episcopali definitione, et hoc validior, quia omnibus posterior; *finit mancus in 10* cognitio *foliis sequentibus amissis (apographi pagina reliqua vacat).* — IVST. 1, 4, 8.

4 possent *cod.* 5 audiri *cod.* 9 prouocari *cod.* 10 definitioni *cet. suppleta sunt ex Iust.* | *(subscr. habet Hal.)*

## (XXVIII.) [DE DEFENSORIBVS SENATVS.]

*litteras* de def . . . o(?)i . . tus *Vesmius deprehendere sibi visus est in T, non deprehendit Krueger;* de officio defensoris senatorum *est in indice Parisino (vide supra p. 7). — De tituli numero non constat.*

I, 28, 1 (361 Mai. 3).

[*I*]MP. CONSTANTIVS A. AD SENATVM. Mandanda defensio sit his, quorum fides probabilis aestimatur, ut in singulis quibusque provin[*c*]iis obsistant, ne quid contra morem atque iustitiam aut conpe[*t*]entem pensionum modum a senatoribus postuletur; praeser[*t*]im cum ea tantum solvi oporteat, quae vel in delegatione manu nostrae mansuetudinis adnotantur vel a praefectura pro rerum necessitatibus postulantur. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

*T (de numeris constitutionum constat per rubricam licet evanidam factam).*

1 constantinus *T* 1/2 probabiles *T* 3 pensionu(?)m *T* 4 delatione $T^a$ 4/5 adnotatus *T* | 5 a] ad *T* postulatur *T*

I, 28, 2 (364 Mai. 6).

[*IM*]PP. VAL(ENTINI)ANVS ET VAL(ENS) AA. AD CLEARCHVM VIC(ARIVM) ASIAE. Habeant senatores [*p*]otestatem deligendi ex corpore suo singulos vel binos per singulas quasque provincias, [*q*]ui omnium patrimonia optentu sui ac munitione defendant,ˡ de[*p*]ensae quoque capitationis relevatione. Nam commodum principalem [*d*]ivalis Iuliani, quod ad solos decuriones per gratiam iudicum per[*v*]enisse dicitur, non ad curiales tantum, sed ad cunctarum lassas [*g*]entium utilitates iubemus communi lege transire. DAT. PRID. NON. MAI. NIC(OMEDIA) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*T IND. PAR. (p. 7).*

2 diligendi *T* singulos uel binos per *om.* $T^a$ 3 opteetu $T^a$ defetiudant $T^a$ *(?)* depen$^{a}$se *T* | 4 *haec corrupta*

I, 28, 3 (376 Mai. 29).

[*IMP*]PP. VAL(ENS), GRAT(IANVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD VINDAONIVM MAGNVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quoti(e)ns fiscalium functionum dispositio tractatur, absente senatus (d)efensore nihil sibi praesumant vel curiales vel iudices ordi(n)are, ne quid contra commodum coetus amplissimi iustitiae (r)atione despecta temerariae usurpationis decernat audacia, (c)um etiam hanc licentiam defensoribus dederimus, ut, si forte in (c)ontumeliam senatus divalis fuerit forma neglecta, referre fes(ti)nent. DAT. IIII K. IVN. ANTIO(CHIA) VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO AA. CONSS.

*T*

1 Vindalonius *(Ουινδάθνηος Graece)* Magnus *Chr. Const. ad a. 375 (chr. min. I p. 242)* | 5 contumelia *T* 6 neclecta *T*

I, 28, 4 (393 Febr. 27).

[*IMP*]PP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Defensores senatorum [*p*]er provincias constitutos suscepti officii tenere convenit [*li*]bertatem. Qua de re, si quando ab ordinario cognitore privile[*gi*]a amplissimi ordinis deteruntur ac renitendi sibi copia de[*n*]egatur, ad nos referre non dubitent, ne singulorum diffiden[*ti*]a cunctorum crescat iniuria. DAT. III KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V. C. CONSS.

*T*

1/2 defensori(?)s *T* 4 denegatus *T*ᵃ ne] nec *T*ᵃ

## (XXVIIII.) [BREV. X.] DE DEFENSORIBVS CIVITATVM.

*rubrica BREV., eius vestigia T. — Iust. 1, 55.*

I, 29, 1 (364 [immo 368 posteave] Apr. 27).

[*IMP*]P. VAL(ENTINI)ANVS ET VAL(ENS) AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Admodum utiliter edimus, [*ut*] plebs omnis Inlyrici officiis patronorum contra potentium [*d*]efendatur iniurias. Super singulas quasque praedictae dioeceseos civitates aliquos idoneis moribus quorumque vita anteacta lau[*d*]atur tua sinceritas ad hoc eligere curet officium, qui aut provin[*ci*]is praefuerunt aut forensium stipendiorum egere militiam [*a*]ut inter agentes in rebus palatinosque meruerunt. Decurionibus ista non credat; his etiam, qui officio tui culminis vel ordinar[*iis*] quibuscumque rectoribus aliquando paruerint, non committat hoc mun[*us*]; referatur vero ad scientiam nostram, qui in quo oppido fuerint ordinati. DAT. V K. MAI. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*T*

2 edicimus *Haenel* 3 iniuria *T* dioceseos *T* 6 decuriones *T* 7 paruerit *T* comitat *T*ᵃ 8 uero ad] uerad *T*ᵇ, uera *T*ᵃ 8/9 *subscriptioni et huic et alteri 11, 1, 15 obstat, quod Probum tam Ammianus (27, 11, 1) quam leges reliquae testantur praefectum factum esse a demum 368: fuit autem, ut aiunt tituli eius (C. I. L. VI, 1752. 1753),* praefectus praetorio quater Italiae Illyrici Africae Galliarum.

I, 29, 2 (365 Iun. 27).

ID. AA. SENECAE. Si quis de tenuioribus ac minuscularis ⌈ interpell(an)dum te esse crediderit, in minoribus causis ⌈ acta ⌈⌈ conficias: scil(i)cet ut, si quando quis vel debitum iustum vel servum qui pe(r) fugam fuerit elapsus vel quod ultra delegationem dederi(t) postulaverit vel quodlibet ˹horum˺ tua disceptatione rest(itu)as; ceteras vero, quae dignae forensi magnitudine videb(un)tur, ordinario insinuato rectori. ET CETERA. DAT. V K. IVL. TYR[ ] VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST.
⌈ rebus
⌈ id est usque ad L solidorum summam
⌈⌈ iudicialia
˹huiusmodi˺

*T (desecta supplentur ex Iust. intra uncos).* — IVST. 1, 55, 1.

1 senecae si] senecessi (ak) *T*: *mag. incertus* tenuioribus] tenioriba *T* 9 magnitudinem *T* 9/10 u. kal. iul. tyr... *T*, xu k. ian. terici *Iust. (Hal.)*

I, 29, 3 (368? 370? 373? Nov. 3).

ID. AA. PROBO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum multa pro plebe a nobis studiose sta[*tut*]a sint, nihil providisse nos credidimus, nisi defensor[*es*] idoneos dederimus. Igitur

IVST.
Defensores civitatum non ex decurionum seu cohortalium corpore, sed ex aliis idoneis ⌈ personis huic officio deputentur.

1 probo] adpro *T*

non ex decurionum corpore, [*sed*] ex alio, videlicet ex administratoribus, qui vel consulares f[*ue*]rint administratione vel praesides, aut ex palatinis vel ag[*en*]tibus in rebus vel his, qui principatus culminis vestri vicarior[*um*]que gesserunt, vel ex scholasticis huic officio deputentur. DAT. (III) NON. NOV. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*T.* — IVST. 1, 55, 2.

1 curionum *T*ᵃ 3 ex colasticis *T*ᵃ 4 *subscr. T Iust. (Hal.)*

29, 4 (368 Nov. 6).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui ex schola a[*gen*]tum in rebus sedi culminis vestri munere principatus no[*s*]tro quodammodo nomine paruerint, inter ceteros hono[*ra*]tos iussione nostra diversarum urbium plebibus constit[*uan*]tur patroni, ita ut, si quos ex his auctoritas tua putaverit el[*igen*]dos, eadem his tutela mandetur, ab his aut[*e*]m eos repraese[*ntet*] inmunes. DAT. VIII ID. NOV. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE II AA. CONSS.

*T*

2 ex chola *T*ᵃ sedis *T* 3 numini *scr.* ab aliis 6 triu̅ *T* hono/;tur *T* 5 edem *T*ᵃ ab his] *fortasse*

29, 5 (370 Aug. 10).

IDEM AAA. AD SENATVM. Utili ratione prospectum est, ut innocens (et) quieta rusticitas peculiaris patrocinii beneficio fruatu(r), ne forensis iurgii fraudibus fatigata, etiam cum ultionem po[*s*]ceret, vexaretur; dum aut avarior instruitur advocatus aut obses[*sor*] liminis maioribus princeps praemiis exoratur, dum acta ab exceptoribus distrahuntur, dum commodi nomine ampliu[*s*] ab eo qui vicerit intercessor exposcit quam redditurus es[*t*] ille qui fuerit superatus. Hoc fieri dignitas non patitur sen[*a*]toris, sed exortas contentiones cita definitione conpe[*scet*]; nam erepta perperam amota dilatione restituit ordin . . . . sine dubio rectoris habeatur auctoritas, quae meliore i[*n*] bonos condicione retinetur; nam ille patitur humani cru[*o*]ris horrorem, hic innoxiam sibi vindicat potestatem. DAT. IIII ID. AVG. HIERAPOLI VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.

**IVST.**

**Utili ratione prospectum est, ut innocens et quieta rusticitas peculiaris patrocinii, id est defensoris locorum, beneficio fruatur, ut apud eum in pecuniariis causis litigandi habeat facultatem.**

*T.* — IVST. 1, 55, 3.

2 prosecutum *T* quieta] quitas *T*ᵃ 5 ultione *T*ᵃ 6 auarior] auarus *T*ᵃ 6/8 auarior . . . exoratur *om. T*ᵃ aduocatus . . . . exoratur *om. T*ᵃ 6/7 obses(?)§ ¦ liminis *T* 8 dum comm.] et dum comm. *T* 10 definitionem *T*|ᵃ 11 amotam *T*ᵃ *quid subsit, non adsequor;* ordin[aria] *si recte suppletur, quaedam excide- rint necesse est* 12 i§ | bonos *T: spatium admittit tam* in *quam* inter 13 *in* IIII *finit T;* d. iiii id. aug. hierapoli ualentiniano et ualente aa. utrisque ii conss. *Iust. (Hal.)*

L 29, 6 [= BREV. I, 10, 1] (387 Ian. 25).

IMPPP. VALENT(INIANVS), THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. EVSIGNIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Hi potissimum constituantur defensores, quos decretis elegerint civitates. Quod si quis ad locum defensionis ambitione pervenerit, confestim eum sinceritas tua reiectum quinque libras auri fisci utilitatibus cogat inferre. DAT. VIII KAL. FEB. P̄. C̄. HONORII N̄. P̄. ET EVODII V̄. C̄.

INTERPRETATIO. Hi instituantur civitatum defensores, quos consensus civium et subscriptio universorum elegisse cognoscitur. Quod si qui defensorum ad hanc rem cupiditate pro-

1 a̅a̅a̅] ā *A aliique* euxemio *A*, euxinio *G*, eusangnio *L* 2 hii *NGL*, si *(err. min.) A* defensorores *A* quo *L*ᵃ, quod *L*ᵇ, quis *G*ᵃ ciuitates] *GL*, ciuitatis *ABMS*, ciuitatum *N* 3 eum *om. BG* reiectum] relictumque *L*, *om. G* 4 librarum *L* cogatur *NG*¹*LS* dat. uiii k. feb. p̄. c̄. honorii (honorio *AS*) n̄ p̄ *(sic A,* nob p *N***M*, nob po *N*, nobili p *S*, uiiii *B*, aug *G)* et *(om. G)* euodii (euuodi *N*, euuodio *A*, pratebi *G*, theodosio *B*) n̄ c̄ *(sic GS*², uucc *NA*, u̅c̅ conss *M*, u̅u̅ c̅c̅s̅s̅ *B*, *inc. S*¹*) libri* 5 hii *NGL* def. ciu. *B* 5/6 subscripcionem *A* 6 elegisse . . . . qui (quis *BL*) defensorum *om. B*ᵃ hinc *S*ᵃ cupiditatem *L*

**pria, non interveniente decreto pervenisse probabitur, pro hac praesumptione quinque libras auri fisco inferre cogatur.**

BREV. *(NABGMLS).*

1 interuenieniente *A* probatur *AGL* 2 cogetur *M*

---

I, 29, 7 [= BREV. I, 10, 2] (392 Mart. 5).

IDEM AAA. POTAMIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTALI). Defensores nihil sibi insolenter, nihil indebitum vindicantes nominis sui tantum fungantur officio: nullas infligant multas, ⌜nullas⌝ exerceant quaestiones. Plebem ⌜tantum⌝ vel decuriones ab omni inproborum insolentia et temeritate tueantur, ut id tantum, quod esse dicuntur, esse non desinant. DAT. III NON. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO V̄. C̄. CONSS.

IVST. ⌜seueriores non⌝ ⌜ ⌝ *om.*

**INTERPRETATIO. Defensores secundum suum nomen curiam vel plebem sibi commissam cum omni iustitia et aequitate defendant; nullum de innocentibus aut condemnare aut verberare praesumant.**

BREV. *(NABGMLS).* — IVST. 1, 55, 5.

1 aa̅a̅] augg. *N*, ā *ABM* pp̄o au̅gli *L*, augustali p̄o *B* insolentes *B* 2 indebite *L* fugantur *A* 4 omne *L* 5 ut] *NABGL Iust.*, et *MS* 5/6 dat. iii (iiii *G*) non. mart. const. (contemp. *G*, improbo *S*) arc. (ii *ins. N*) a. *(om. G)* ii *(om. B)* et rufino uc *(sic A*, uucc *N*, co̅u̅ *[?] B, om. GMS) libri* 7 numen *S* 8 omne *L* iustitia uel aeq. *A*, iusticiae eq. *G*

---

I, 29, 8 [= BREV. I, 10, 3] (392 Apr. 9).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Per omnes regiones, in quibus fera et periculi sui nescia latronum fervet insania, probatissimi quique atque districtissimi defensores adsint disciplinae et cotidianis actibus praesint, qui non sinant crimina inpunitate coalescere. Removeantur patrocinia, quae favorem reis et auxilium scelerosis inpertiendo maturari scelera fecerunt. DAT. V ID. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO V̄. C̄. CONSS.

**INTERPRETATIO. Per omnes provincias tales pro studio disciplinae iudices ordinentur, ut cum omni sollicitudine in reos et latrones remotis potentum patrociniis districtionem debitam exercere non differant, ne per neglegentiam suam aut venalitatem crimina, quae debent puniri, proficiant.**

BREV. *(NABGMLS).* — IVST. 1, 55, 6.

1 aa̅a̅] ā *NAM* 2 periculi sui nescia (nestia *N*)] periculis uenerant *L* feruit *L*, ferunt *N*, *om. S* quinque *L*, quoque *M* atque] et *AMLSIust.* destrictissimi *M*, districtisseme *A* 3 quotidianae *L* crimina] certamina *M* 3/4 depunitate *L* 4 quoadolescere *L*, conualescere *BS*, coadolescere uel conualescere *G* remouentur *M*, amoueantur *B*, remoueant *Iust.* qua *M*[a] fauorem] feruorem *Iust.* reis] eis *A* 4/5 insertiendo *N* 5 maturare *L* 5/6 dat. u (ui *S*) id. apr. const. arc. a. *(om. MS)* ii (iii *B*) et rufino uc *(sic A*, uucc *N*, ucl *B, om. G*[v]*MS) libri (subscr. om. G*[t]*)* 7 ut] et *N* 8 omne *L*, *om. S* in *om. BM* potentum (-tium *MS*) patrociniis] potentis patr. *A*[b], patr. potentis *A*[a] destrictionem *M* 9 uenalitatem (-te *N*)] per u. *B* debunt *N* punire *L*

## (XXX.) DE CVRATORIBVS CIVITATVM.

*Brev. om., habet IND. PAR.*(p. 7)*; constitutiones desiderantur.*

## (XXXI.) DE ADMINISTRATIVNCVLIS INTRA VRBEM.

*Brev. om., habet IND. PAR. (p. 7); ex constitutionibus fortasse priores desiderantur.*

I, 31, 1 (365? 368? 370? 372? Febr. 26).

. . . . . . tuis adnitentibus reformetur. Volumus enim eum morem sicut in omnibus etiam in hac administratione durare, quem priscorum virorum providentia consiliumque

firmavit neque aliquid, [*quod*] ex sollemnitate eius procurationis et honesta consuetudine manarat, invidentium studiis derogari. DAT. IIII K. MART. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*T*

*De numeris constitutionum non constat.* — 1 quod] *Vesme, om. T* consuetudinem *T*

31, 2 (368? 370? Apr. 4).

[*I*]DEM AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Vetustate consuetudinis ius titulo [*addendi*] aliquid lucelli minusculi intra urbem administrationum officiis fuerat adtributum; sed de cetero omnis haec dandi [*a*]ccipiendique consuetudo desistat, ut omnino de usu id quod vocatur formale tollatur. Sit sane in arbitrio dantium, non [*i*]n potestate accipientium, an aliquid his administrati [*s*]ingulis velint pro sumptuum consideratione largiri. Quod [*s*]i quemquam hac causa dedisse aliquid invitum nec ad iudi[*c*]ium detulisse constiterit, publica continuo severitas non minus in dantem quam in accipientem vehemens exeratur. [*D*]AT. PRID. NON. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*T*

1/2 addendi *addidi* 2 officii *T* 3 omnes *T* | $T^a$ 7 publico *T* 8 exaratur *T* triu *T* 4 datum *T* 5 administrati] administratione

# (XXXII.) DE PROCVRATO[RIBVS GYNAECEI ET METALLORVM].

de procurato (curato *inc.*)... *T (Krüger;* de ... et met... *videre sibi visus est Vesmius). De numero tituli non constat. — Cf. Iust. 11, 7 et 8.*

, 32, 1 (333 Oct. Nov.)

(IM)P. CONSTANTINVS A. AD FELICEM. Procuratores rei privatae (b)afii et gynaecei, per quos et privata nostra substantia tenua(t)ur et species in gynaeceis confectae conrumpuntur, in ba(fi)is etiam admixta temeratio inquinatae naevum adluvionis (a)dducit, suffragiis, per quae memoratas administratio(n)es adipiscuntur, abstineant vel si contra hoc fecerint, ⌜[*n*]umero civium Romanorum exempti⌝ gladio feriantur. DAT. . . K. NOV. AQVIL(EIAE) DALMATIO ET ZENO(F)ILO CONSS. | ⌜ ⌝ *om.* IVST.

*T (suppl. ex Iust.).* — IVST. 11, 8, 2.

1 felice *T: scilicet* ppo 2 genicaeis *T* 3 inquinatae (inquinitae *T*) naeu. adl. add.] n. add. inq. adl. *Iust.* 4 quem *T* abstineant | *post* suffr. *Iust.* 5 glaudio $T^a$ 6 aquis *Vesme propter Th. 1, 2, 6 datam eodem tempore* zenonefilio *T*

1, 32, 2 (377 Iul. 8).

[*IM*]PPP. VAL(ENS), GRAT(IANVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD HESPERIVM PROCONSVLEM [*A*]FRICAE. Officiis rerum salutisque volumus propositum esse [*d*]iscrimen, quod non ambigant per se domus nostrae con[*p*]ensanda esse dispendia, nisi eiusmodi fideiussoribus da[*ti*]s administratores admiserint, quorum sint idoneae fa[*cu*]ltates, ad quas facto recursu iacturam declinare [*p*]ossumus, si quid in detrimentum rei privatae nostrae [*a*]dministratorum fraus et avaritia conmiserint. DAT. VIII [*ID.*] IVL. TREV(IRI)S P̄. C̄. VALENTIS V ET VALENTINIANI AA.

*T*

4 administratore $T^a$ idonea $T^a$ 5 iactaturam declinarem *T* possimus *Vesme* 6 triu | pc ualentis ū et ualano aa *T*

1, 32, 3 (377 Mart. 29).

[*IDEM AA*]A. AD EVCHERIVM C(OMITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quicumque in largitionibus nostris quo[*c*]umque nomine atque apparitiones procurans nanctus fue[*ri*]t administrationem

2 *scr.* apparitione

ratiociniis obnoxiam, primum ma[*x*]ime idoneis satisdatoribus datis adfectatum munus
incipiat; deinde [*abiens intra*] triginta dies in his thesauris, qui negotii sunt minoris, intra
quinquaginta autem in his, qui maiorum sunt, chartas et ratiocinia cuncta restituat; plane
conscriptum susceptoribus tradat, quid susceperit, quid erogaverit, quid in thesauris con-
1 ditum maneat. Quamvis autem ilico tradi suscepta conveniat, tamen quoniam quibusdam
casibus po . . . . scribtum et pecuniam minorem intra triginta dies, cetera intra quattuor
menses, quae in conditis esse oportet, success[*o*]ri, qui advenerit, adnumerari conveniet.
Quod si tantulum aliquid repperietur etiam per eum, qui decedit, fuisse dil[*a*]tum, specie
honoris exactus exauctoratusque omni pristin[*a*] dignitate verberum supplicia digna et pro
moribus torme[*nta*] sustineat, eo usque deformia et pudenda passurus, donec omnis inte-
2 gritas largitionum nostrarum conditis infera[*tur.*] Quae condicio ad procuratores
textrinorum et monetario[*rum*] et vectigalium praepositos pertinebit. DAT. IIII KAL. APRIL.
TR[*EV(IRIS)*] GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

*T*

2 abiens intra *om. T* thesauris] quisauris *T* 4 susceperit] sustenerit *T* 5 manet *T* ilicontradi *T* 6 pr (r *del.)* otenspr§|cribtum et pecuniam *T*: *requiri videntur talia:* praestat, scriptum 8 fuisset *T* 9 exutus *Haenel* 10 omnes *T* 12 monitario§ *T* propositus *T*

I, 32, 4 (379 Mai. 3).

IMPP. GRAT(IANVS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD ARBORIVM COM(ITEM). Qui ex app(aritione) [*pa*]latina tuae sinceritatis actibus obsecundant, in speculis e[*sse*] curabunt, ubi quis eam administrationem, quae praede [*in*]diget, sortietur, nequaquam sponsorem decurionem offe[*rens*] audiatur. DAT. V NON. MAI. AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

*T*

1 Arborium com.] *mag. incertus* 2 e[sse] curabunt *T (sic Krueger)*, excurabunt, *emendans* excubabunt, *Vesme)* 3 praedae (*vel* praedam)§|diget *T* *fortasse* ne quisquam

I, 32, 5 (386 Iul. 29).

IDEM AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cum procuratores metallorum i(n)tra Macedoniam Daciam mediterraneam Moesiam seu D(ar)daniam soliti ex curialibus ordinari, per quos sollemnis pr(o)fligetur exactio, simulato hostili metu huic se necessita(ti) subtraxerint, ad inplendum munus retrahantur ac nulli de(in)ceps licentia laxetur prius indebitas expetere dignitate(s), quam subeundam procurationem fideli sollertique exac(tio)ne conpleverint. DAT. IIII K. AVG. MED(IOLANO) HONORIO N̄. P̄. ET EVODIO V̄. C̄. CON[*SS*].

*T (suppl. ex Iust.).* — IVST. 11, 7, 4.

2 machedoniam *T* musiam *T* d//daneam *T* 3 profligatur *Iust.* methuic *T* 4 retrahatur *T* ac] et *Iust.* 5 indebitus *T* subeumdam *T*

I, 32, 6 (387 Dec. 31).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Procurato[*res*] nostri perfectissimatus honore donati ab iniuriis vin[*di*]centur, ita ut his et introeundi secretarium ordinarior[*um*] iudicum pro suggestionum opportunitate facultas plen[*a*] servetur. DAT. PRID. K. IAN. THESS(ALONICA) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

*T*

1 quynegio *T*

I, 32, 7 (388 . . . .)

ID. AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nec consuetudinis putamus esse nec [*le*]gis alicuius, ut procuratores domorum nostrarum voc[*en*]tur ad instaurationem operum publicorum. P(RO)P(OSITA) BERYTO THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO V̄. C̄. CONSS.

*T*

1 neg *T* 2 nostrorum *T* 3 byrito *T* quynegio *T*

# (XXXIII). DE PRIMICERIIS.

*Brev. om., habet IND. Par. (p. 7); constitutiones desiderantur.*

# (XXXIIII.) [= BREV. XI] DE ADSESSORIBVS, DOMESTICIS ET CANCELLARIIS.

adsensoribus *MS*, assertoribus *N (text. et ind.)*, accessoribus *G* domesticiis $M^b$ cancellarum *L*, ancellalum *G*, cancenlariis *S*. — *Iust.* 1, 51 de ads. et d. et cancellariis iudicum.

I, 34, 1 (400 [396/7] Dec. 8).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui iudicum vel cives eius provinciae, quam regit, vel certe peregrinos consiliarium sibi voluerit adsciscere, tantum quattuor sibi menses ad retinendum eum, quem ex eadem provincia sumpserit, tributos esse cognoscat, donec ab aliis evocatum locis suis actibus adhibuerit, ita ut emensis quattuor mensibus crimini detur, si quis ultra hoc tempus consiliarium crediderit retinendum. DAT. VI ID. DEC. CONSTANTINOPOLI STILICONE ET AVRELIANO CONSS.

APP. I, 28 *Krueger (codd. EK, item Ottobonianus 2225, Montisp. 84, Paris. 4419)* 'titulo .... de assessoribus domesticis et cancellariis' *(sic Montisp.; titulum om. reliqui). — Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 quis *Mont.* iudicium *K Ott. Mont.*[a] 2 ciuis *E Ott. Mont.* eius *om. E* reget *EK Mont.* certe] *fortasse scr.* inde peregrinus *EK Ott. Mont.* 2/3 adsciscere tantum *om. E* 3 mensis *Ott. Mont.* eum *om. K* quem] que *E* ex *om. K* 4 tributus *EK Ott. Mont.*, tributo se *Par.* alius *E* 5 ita ut] ita autem *K*, id autem *Par.* emensis] menses *K Par.* crimine *Ott. Mont.* 6 retendum *Ott.* ui id.] kld *K* auriano *Mont.*

I, 34, 2 [= BREV. I, 11, 1] (422 Mart. 23).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. EVSTATHIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Velut castrense peculium filii familias adsessores post patris obitum vindicent, qui consiliis propriis administratores iuvare consueverunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerunt. DAT. X KAL. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) DD. NN. HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis vivo patre cuiuscumque iudicis consilio adhaeserit, quidquid ex iustis et bonis causis adquisierit, hoc sibi sic vindicet, sicut et ille filius, qui aliquid vivo patre in armis constitutus acceperit.

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 1, 51, 7.

1 aa] ā *NA* eustathio] *Iust. (W)*, eustasio *NABG Iust. (CR)*, ad eustasium *MS*, eutesio *L* post alia *om. ABGL* 2 filii] fil *L* adsensores *MS*, adsertores *L* post] etiam post *Iust.* qui] quae *N* 3 adiuuare *G* consueuerant $N^b$, consuerunt *G Iust. (CR)* condonare *GL*, cui adunare *S* 4 potuerunt] *AMS, Iust. (CM)*, potuerant *N*, potuerint *BG*, potuerit *L* dat. x *(om. BG Iust. [Hal.])* k. apr. const. dd nn *(sic N*M*, dd non *NS*, domn *B*, domno *G*, *om. A)* hon. xiii (xii *B*, a iii *N*, xi a ii *A*, iiii *G)* et th. x (xi *A*, *om. G*) aa. (ā ii *A*, *om. G*) *libri* 6 cuiusque *N* 7 uindicet] sic dicet $G^t$ aliquod *G* 8 constitutis *N* acceperit] acceperat *B*, adquisierit *G edd.*

I. 34, 3 [= BREV. I, 11, 2] (423 Mai. 31).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus iudicum ad provinciam sibi commissam quemquam secum ducere audeat, cui domestici vel cancellarii nomen inponat, nec profectum ad se undecumque suscipiat, ne famae nota cum bonorum publicatione plec-

1 aāa *ML* asclipiodoto *G*, asclipio *L* ad] a *N* prouinciam] patrocinia uel pr. *G* 2 duceret *A* cui *om. M* concellarii *A* 3 profectum] praesumtum *L* ad] a *A* suscipiant $G^a$ ne] nec *GL* fami *N*

tatur. Periculo enim primatium officii cancellarios sub fide gestorum ⌈ electos iudicibus adplicari iubemus, ita ut post depositam administrationem ⌜per continuum triennium⌝ nec militiam deserant et provincialibus praesentiam sui exhibeant, quo volentibus sit accusandi eos facilitas. Si enim idonea causa exegerit, ad detegenda iudicis flagitia et quaestioni eos subdi oportet. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO VV. CC. CONSS.

⌈ex eodem officio IVST.

⌜per c. tr.⌝ *om.* IVST.

INTERPRETATIO. Omnes iudices evidenter agnoscant nullum in provincia sibi commissa de eadem, de qua venit, provincia vel de alia regione sibi cancellarium vel domesticum fortasse coniungere, nisi qui ei publice civium electione fuerit deputatus, ita ut, si postea fuerit iudex ille remotus, is qui consiliarii vel domestici gessit officium triennium sub alio iudice de provincia non discedat, ut, si quis accusator fortasse extiterit, reddat accusantibus rationem. Et si forte facta iudicis usquequaque celare voluerit, subdatur publicae quaestioni.

---

BREV. *(NABGP* [*incipit* 3 serant] *MLS.* — IVST. 1, 51, 8.

1 periculo (-lum *ABG*) enim] periculorum *M*, periculo *S* primatum *G Iust.*, primacum *L* cancellarios *M*, cancellarius *NBG*, cancelariis *L*, concellarios *A* gestarum *N*ᵃ, iussorum *L* 2 electus *BL* adplicare *L*, abplicare *G* post *om. MS* deposita *LS*, depositum *AG*ᵃ 2/3 administratione *S*, administracionum *A* 3 tricennium *N* deseruit *L* 4 quod *BG* accusationibus *A*ᵃ facilitas] facultas *GLS Iust.* 5 exigeret *G* dirigenda *BG* iudices *N* quiscioni *L* 5/6 et cetera (cethara *L*) *om. S* 6 dat. prid. k. iun. (iul. *B Iust. [Hal.]* const. *(hic incipit S)* asclepiodoto (asclepio *G*) et mariniano (mariano *N*) uucc *(om. ABGM) libri* 7 nullum] ut n. *B* prouinciam *NGS* commissam *NAGLS* 8 de qua] qua *L* uel de] uel *G. edd.* uel] aut *edd.* fortasse] praesumat f. *GL* 9 coniungere] c. audeat *B* ei *om. G* publica *BG* fuer. ciu. el. *G edd.* ut . . . 10 remotus *om. L* si postea *BG ex em. puto*, postea *NAPM*, postquam *edd.* 10 is] uel is *G* triennio *NBL* 11 ut] et *N* accusatus *N* et] ut *L* forte *om. A* 12 usquequaque cel.] c. u. *(bis G*ᵃ*) GL* publicae] supplici *N*